

*Joseph Hakensey  
Ergojsini*

B  
Sale.

10

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000285734

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

CAII CRISPI  
SALLUSTII  
OPERA  
NOVISSIME RECOGNITA  
EMENDATA ET ILLUSTRATA  
PRAEMITTITUR NOTITIA LITERARIA  
STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE.



EDITION ACCURATOR  
ET AUCTIOR.

---

BIPONTI  
C I O I O C C C V I I  
I 8 0 7



40014




NOTITIA LITERARIA  
DE  
C. CRISPO SALLUSTIO.



NOTITIA LITERARIA  
de  
C. CRISLO SAMULSTO

Федор Конюхов



C. CRISPI SALLUTI

V I T A

A U C T O R E

JOANNE CLERICO.

**C.** CRISPUS SALLUTIUS natus 1) Amiterni, in Sabinis, apud quos extant etiamnum antiquæ se- veritatis reliquiæ, anno ab Urbe condita 2) 1569 L. Cornelio Cinna III. et Cn. Papirio Carbone Coss. Hi Sullæ infensi bellum civile concitarunt, quod non desistit, nisi postquam Sulla, triennio post, rerum potitus est. His annis, omnis generis flagitia in Italia commissa, plebeiæque et nobiles familiæ gravissimas calamitates passæ sunt; unde intelligere licet, miserrimo et flagitiosissimo ævo natum esse Sallutium, et quo multo plura, quæ vitaret, quam quæ sequeretur, videbat. Parentes tamen eius inculpatæ vitæ fuisse credibile sit, quod priscus Declama-

\* Omilimus exordium in modum chriolæ scriptum, neque Clerico dignum, quo is Sallutium gravius reprehendit, quod ipse virtutis defensor vitiis omnibus contaminatus fuit. Siquidem vera sunt, quæ de eius moribus fort communis aut vulgaris opinio, facilius hodie ferimus. Sallutium bonarum artium patronum, quam eum tulere ob pravitatem morum suæ ætatis homines. Sed et sunt, qui Sallutium a iactis in ipsum probris defendant: quia in operam sibi summis doctissimus interpres Sallustii Gallicus, Thyvadius, in notis vita & Clerico scriptæ subditis.

1) Vide Euseb. in Chr. ad An. MDCCCCXXXI.

2) A. C. LXXXV.



tor, qui nomine *Ciceronis* in *Sallustium* invectus est, omniaque conquisivit, quæ in eum dici possent, nihil in fama rumoribusque subsequentis ætatis invenierit, quod iis exprobraret. Patrem certe *Sallustii* se præterire ait; qui si, inquit, *nunquam in vita sua peccasset*, tamen maiorem iniuriam Republicæ fucere non potuisset, quam quod eum talem filium genuerat. Subiicit, se non exsequi, si qua in pueritia peccasset *Sallustius*, ne parentem eius accusare videretur, qui eo tempore summam eius potestatem habuit. Quæ verba satis ostendunt, probra nulla in Historici nostri parentes tunc temporis iacta; neque enim iis vehemens declamator pepercisset, ut *Sallustii* nequitiam credibiliorem redderet.

Plebeiam eius familiam, non patriciam, ut nonnulli volunt, fuisse liquet, ex eo quod tribunus plebis fuerit; ac sane ubique in nobiles invehitur, præsertim in Historia Belli Ingurthini, et posteriore Epistola ad C. Cæsarem de Républica ordinanda.

A teneris annis excultam eloquentiam, et operam diligentem litteris a *Sallustio* datam, satis ostendunt eius scripta; neque enim ita scribunt, qui serius sele ad litterarum studia contulerunt. Ideo fidem ei minime detraxerim dicenti Epist. II ad Cæsarem, postquam sibi aetas, ingeniumque adolevisset, se haud ferme armis atque equis corpus exercuisse, sed animum in litteris agitasse; et quod natura firmius erat, ingenium in laboribus habuisse. Sed et hoc diserte testatur *Suetonius*. 1) Præceptorum enim eius fuisse docet Atteium prætexatum, nobilem Grammaticum Latinum, qui se Philogum vocavit, et qui *Sallustium* familiarissime coiuit. Vix tamen videtur, more aliorum, causas actitassem, ut gratiam ac famam sibi actionibus forensibus compararet. Nulla certe memoria eius rei, apud veteres; nec *Cicero*, qui tot æqualium suo.

1) In lib. de Illustribus Grammaticis cap. 10.



rum, qui operam suam venditarunt in foro, meminit, *C. Crispi Sallustii* mentionem ullam usquam fecit. Si quis silentii causam fuisse inimicitiam, quæ inter eos fuit, suspicetur, doceat, cur *Cicero* eius saltem obiter non meminerit, ut vituperarit. Ac sane genus eloquentiæ Sallustianæ minus aptum foro fuit; aptissimum Historiæ, quæ ab otiosis legitur. Quare 1) *Quintilianus*, vitari oportere iudicat in causis agendis illam Sallustianam (quamquam in ipso virtutis locum obtinet) brevitatem, et abruptum sermonis genus, quod otiosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transvolat,

Declamator, 2) quem dixi, turpissimam adolescentiam *Sallustio* exprobrat, nefantarumque voluptatem amorem obiicit; quæ criminaciones, ut falsæ esse possunt, non omnino incredibiles ob sequuta flagitia videntur. *Domum paternam*, si accusatori credimus, vivo patre, turpissime venalem habuit, ac vendidit? morique coëgit ex mœrore patrem, quo nondum mortuo, iam pro herede omnia gercbat. nec ætatis tirocinio lapsus, postea se correxit, sed abiit in sodalitum sacrilegi nescio cuius Nigidiani; bis accusatus est apud iudices, bis absolutus; verum ita ut non innocens esse; sed iudices peccasse viderentur.

Cum ad capessendos Reipublicæ honores contendet, 3) Questuram est consequutus, quam si petiit legitimo anno, hoc est, vigesimo quinto, quæstor fuit. A. U. C. 4) 1994 Quinto Cæcilio Metello Celere et L. Afranio Coll. Aliosne honores ambiverit, an difficultatibus deterritus ad privatam vitam, his missis, concesserit, non satis liquet. Ab hoc certe tempore nullos honores, ad Tribunatum

1) Lib. IV. c. 2.

2) Cap. 5.

3) Cap. 5.

4) A. C. LX.



usque Plebis, gessit. In ipso adolescentia ardore, videtur ea admisisse, quæ æternam nomini eius infamiam iuaserunt. 1) *M. Farro* scriptor gravissimus, in libro, quem inscripsérat *Pius*, aut *de Pace*, *C. Sallustium* in adulterio deprehensum cum Faustia, Sullæ filia, a Milone eius viro loris bene cæsum, ei<sup>u</sup> cura pecuniam dedisset, dimicatum fuisse prodidit.

Attamen A. U. C. <sup>ccccii</sup> 2) Tribunatum plebis adeptus est, tempore quo usque adeo turbata erat Respublica, ut eo deventum sit, ut *Cn. Pompeius Magnus* Consul, sine collega, crearetur. Cum autem paulo ante T. Annus Milio P. Clodiū occidisset, Pompeiusque legem de vi traxisset, qua instituebatur quæstiō de ea cæde; uincendū occasiō nem nactus *Sallustius*, sibi non defuit. Ex duobus aliis Tribunis plebis iuicissimis conciones, ut scribit *Asconius Pedianus* in *Ciceronis Miloniānam*, de Milone habuit; invidiosas etiam de Cicerone, quod Milonem summo studio defenderet; eratque maxima pars multitudinis infensa non solam Miloni, sed ipsi etiam, propter invisum patricium, Ciceroni. Postea tamen cum de accusandi studio multum remisisset *Sallustius*, in suspicione fuit in gratiam rediisse cum Milone et Cicerone.

Crediderim, hisce temporibus, scriptam fuisse Historiam Catilinariæ coniurationis; cum *Sallustius*, exacto Tribunatus tempore, privatus ageret, nec Ciceroni esset infensus; rem enim ita narrat, ut ea lecta Historia, nem̄ non acta Ciceronis sit probaturus. Forte et bellum Iugurthinum, et civilia, quæ id insequuta sunt, aliaque cum iis connexa, eodem illo tempore concrīpsit, aut aliquanto posteriorius. Certe non sunt ea scripta hominis adolescentis, testaturque ipse, initio coniuratiois Catilinariæ, se

1) Ap. Aul. Gell. Lib. XVII. c. 18. Vid. et veterem Scholia Horatii ad Sat. II. lib. 1.

2) A. C. N. LII.



tum demum Historiam aggressum scribere, i) ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, et sibi reliquam aetatem a Republica procul habendam decreverit; quod vix ante Tribunatum, quem anno aetatis XLI gessit, fieri potuit. Tum vero statuit res gestas Populi Romani carptim (sic ipse loquitur) ut quaeque memoria digna viderentur prescribere; sed magis quod ei a spe, metu, partibus Republicae animus liber erat.. Hæc sunt verba hominis honores nullos amplius sperantis, aut certe ambitionem egregie dissimulantis. At nec ante dissimularat horum cupiditatem; nec postea, rerum potente Cæsare, eorum contemptum præ se tulit.

Itaque ante omnia Catilinariam coniuratioem, quæ contigerat anno eius vitæ xxx, ac proinde cuius testis fuerat, scribere undecim circiter post annis aggressus es, si calculos recte ponimus. Tum Iugurthinum bellum, quod diu ante quam nascetur, et civile, quod eo puero gestum est, conscripsit. Periit postremum opus, si fragmenta quædam excipias, quæ tamen sat ampla ad nos pervenerunt, ut ex iis intelligere possimus, non minus accurate ac cetera prescriptum fuisse 2). Sed mihi videor ex loco Ausonii posse colligere tempora, quorum Historiam scripserat Sallustius, in iis libris qui perierunt. Ausonius in Idyllo xxxii, ad Nepotem, docet puerum, quos libros legere cum oporteat, et quos ipse, in gratiam eius, in manum iterum sumere sit paratus. Itaque memorato Terentio, sic loquitur de Sallustii libris:


Iam facinus, Catilina, tuum Lepidi quo tumultum,  
Ab Lepido, et Catulo; iam res et tempora Romæ  
Orsus, bis sensu connecto per annos.  
Iam lege civili missum Mavorte duellum,  
Movit quod socio Sennorius exus Ibero.

1) Cap. 3.

2) Sueton. de Iul. Gramm. Cap. 10.

Hæc sunt omnia opera *Sallustii*, excepto bello Iugurthino, quod cur omiserit *Ausonius*, non intelligo. Forte aliquot versus vetustate intercidérunt. I. Occurrit bellum Catilinarium, de quo nihil necesse est dicere. II Historia tumultus excitati a *Marco Aemilio Lepido*, anno urbis conditæ 100CLXXXVII, postquam anno superiori consul fuisset: is tumultus a Pompeio et Catalo opprimitus est, eodem anno III. Inde *Sallustius* scripsérat Historiam rerum in Republica Romana per duodecim annos gestarum, ante Lepidi tumultum; quorum duodecim annorum initium fecerim circiter ab anno U. C. 100CLXIII, quo bellum Marsicum inchoatum. ab eo enim tempore, usque ad extremam Dictaturam Sullæ, duodecim circiter anni fluxerunt. Multa autem inveniuntur fragmenta *Sallustii*, ex quibus liquet eum res a Sulla gestas scripsisse: quæ ea tempotis intercapidine continentur. IV. Bellum scripsérat Sertorianum, quod cœperat sub finem vitæ Sullæ, proximeque duodecim annos memoratos consequebatur: Mettellus enim in Hispaniam contrâ Sertorium missus est anno U. C. 100CLXXIV, qui duodecim illorum annorum ultimus fuit. Si ea Historia ad receptas usque Hispanias pertexta est, quod credibile videtur, pertinuit ad annum 100CLXXXI. nam eo demum anno, occisis Sertorio et Perperna, pacatae sunt Hispaniæ.

Hinc videmus quamvis *Sallustius* carptim scripsisset Historiam Romanam, nec continua temporum serie lucubrationis suas edidisset, ex tribus postremo memoratis operibus potuisse contexi circiter octodecim annorum Historiam; quæ utinam sane exstaret! Fragmenta enim eius sítim nostram excitant, non restinguunt. Hi autem libri, quamvis ab auctore eo ordine, quem memorat *Ausonius*, editi, videntur postea a Grammaticis in ordinem quemdam redacti, ut ex tribus operibus una conflaretur Historia, librique eius perpetuo ordine a primo ad ultimum decurrent, commodiusque ad testimonium citarentur. *Afinius Pollio*, in libro quo *Sallustii*



scripta reprehenderat, ut nimia prisorum verborum affectatione oblita, tradebat, *In eum rem adiutorium ei fecisse maxime quemdam Atteum Praetextatum, nobilem Grammaticam Latinum, declamantium deinde adiutorem atque praeceptorem.* Ab hoc aiebat *Sallustium scribere aggressum, briario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, instructum fuisse, antiquaque et verba et figuras solitum eum esse colligere.* Videtur Grammaticus non ignobilis ea in re ingenio ac voluntati *Sallustii* gratificatus esse, potius quam suam ipsius iudicium sequutus. nam in præceptis Rhetoriciis ad Afinium Pollionem, ei nihil aliud suadebat, ut prodidit Suetonius, quam ut noto, *civili-que et proprio sermone uteretur, vitaretque maxime obscuritatem et audaciam in translationibus.* Credibile est, *Sallustium ea re gravitatem styli captasse, et prisorum illorum Romanorum sermonem imitatum, quorum moribus erat dissimillimus, ut flagitioæ vitæ maculas elueret, persuaderetque iis, quibus satis notus non erat, falsa esse omnia, quæ de illo minus honesta iactabantur.*

Verum hæc artes belle homini non cesserunt. nam anno 1) U. C. 100civ Coll. L. Aemilio Paullo et C. Claudio Marcello, Appius Claudius Pulcher Censor, non repugnante Collega L. Calpurnio Pisone, omnes libertinos, ut docet Dio lib. XL multus etiam nobilium, atque inter eos *Crispum Sallustium*, qui Historiam conscripsit, Senatu eiecit. Quod factum, si veteribus 2) Grammaticis credimus, propter adultera. dicitur enim ab iis *Sallustius tanto ardore insanivisse in libertinas, quanto moechus in matronas, quod cum illi in Senatu a Censoribus obiectum esset, respondit, se non matronarum, sed libertinarum sectatorem esse.* Quare ex Senatu, inquiunt, cinctus est. Hoc quoque ei

1) A. Chr. N. L.

2) Schel, in Sat. II. Lib. I. Hor.

exprobatus personatus ille 1) Cicero, qui Declamatione in eius mores invectus est. Idem nos docet, posquam Censores Senatum more maiorem legissent, nusquam conspectum esse Sallustium Romæ, suspicaturque, tum se conieciisse in ea castra, quo omnis sentina Reipublicae confluxerat; hoc est, in Galliam ad Cæsarem se contulisse. Non minoribus 2) conviciis eum exagitavit Lenæus, Pompeii Magni libertus, ex amore erga patroni memoriam, quem Sallustius scripsierat oris probi, animo invercundo fuisse. Ideo Lenæus postea Historicum nostrum acerbissima Satira, ut docet Suetonius, lacerabit, lataurum et lurconem et nebulonem popinonemque appellans, et vita scriptisque monstrosum, praeterca priscorum, Catonisque verborum ineruditissimum fudem. Qua ex occasione sic de Pompeio scripsisset Sallustius post interitum eius Historiæ, coniicere non possumus; at constat Cæsarianis partibus e Senatu expulsum favisse.

Certe posteaquam Respublica armis oppressa est, anno sequente, 3) U. C. 100 C. Claudio Marcello et L. Cornelio Lentulo Coss. a Cæsare 4) est in Senatum reductus; Quæstura iterum accepta, ut honestus in amplissimum ordinem reciparetur. Eum autem honorem si adversa famæ credimus, ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emtor fuit. Nihil non aequum ac verum duxit, quod ipsi facere collibuisset. Propter iteratam Quæsturam, priscus Declamator, cuius verba protulimus. bis Senatorem, bis Quaestorem factum ait. At Dio Lib. XLII vult, ut recuperaret dignitatem Senatorum, Prætorem creatum. Malim, Quæstura in eum collata, factum hoc esse; eo enim Magistratu capto, Romana iuventus ingrediebatur Senatum.

1) Cap. 5 et 6.

2) Suetonius de illustr. Gramm. c. 15.

3) A. C. N. XLIX. Idem c. 7.

4) Cic. in Sall. c. 6.



Hoc tempore, viris doctis videtur scripsisse ad Cæsarem duas illas Litteras, quæ perperam Orationes inscribuntur, *de Republica ordinanda*. Sed posteriores quidem, hoc tempore, scripsisse potuit; at priores non nisi propemodum confecto bello scripsit. Malim ergo hasce differre in annum 100viii, aut certe ad finem anni antecedentis, cum vietus esset Cn. Pompeius.

Igitur sub finem anni 100vi, cum in Asia esset Cæsar, ab iis 1) qui Roma ad eum venerant cognovit, literisque urbanis animadvertisit, multa Romæ male et inutiliter administrari, neque ullam partem Republicæ satis commode geri; quod et contentiōibꝫ tribunitiis pernicioſae seditiones oriuntur, et ambitione atque indulgentia Tibunorum Militum, et qui legionibus præerant, multa contra morem, consuetudinemque militarem fierent, quæ dissolvendæ disciplinæ, severitatisque essent. Hanc crediderim occasionem fuisse, scribendi iterum ad Cæsarem de ordinanda Republica; qua de re, cogitare serio non potuit, nisi post victum Pompeium. Antea quidem Sallustius, Cæsare nondum in Macedonia profecto, videnteque bello, multa monuerat, ea de re, in Epistola, quæ II Oratio perperam dicitur, ubi de *M. Bibulo*, et *L. Domitio*, quasi viventibus loquitur, cum Bibulus mortuus sit ante pugnam Pharsalicam, et Domitius ex ea fugiens iuertitus. Sed in altera Epistola, in qua de bello, quasi confecto, loquitur, rem eamdem iterum aggreditur. Itaque, quæ prior est, eam oporteret esse posteriorem, quod etiam ipsum eius, quæ posterior est proœmium satip ostendit.

Ante quam autem Cæsar contra Scipionem, Pompeii locerum, in Africam iret, anno U. C. 100vii, quo Cæsar iterum Dictator fuit, M. Antonius Magister Equitum, Prætor factus est Sallustius; qui ho-

1) Hist. de bello Alex. c. 65.



nor videtur non tam monitorum de Republica ordinanda, quam turpium adulationum iis admissarum præmium fuisse. At *Sallustio* propemodum fatalis fuit: 1) cum enim esset in Campania, apud Cæsariorum milites, mox in Africam transmittendos motaque ab iis esset seditio, quam frustra compescerè tentavit, ab iis ferme est interfactus. Quin etiam cum Romam ad Cæsarem contenderet, ut hac de re certiore faceret, insequuti eum complures militum, obvios quoque occiderunt; ipsum si adipisci potuissent, e medio sublaturi.

Cæsar vero, placatis militibus, sub brumam in Africam, cum parte exercitus, traiecit, secumque *Sallustum* duxit, quem, paucis diebus postquam ad pulisset, cum penuria annonæ premeretur, 2) ad Cercinam insulam, quam adversarii tenebant, cum parte navium, ire iussit, quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. 3) Eius adventu C. Decimius Quæstorius, qui ibi cum grandi familiae suæ præsidio præerat commeatui, parvulum navigium nactus concidit, ac se fugæ commendavit. *Sallustius* interim a Cercinatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complevit, atque in castra ad Cæsarem misit. Quid aliud in eo bello gesserit *Sallustius*, nemo prodidit, sed fidelem ac strenuum operam Cæsari navalle, ex præmio intelligere est. 4) Anno enim U. C. 100vii, Africano bello, 5) Cæsar eum in Numidia recepta, verbo quidem administrandæ provinciæ causa<sup>1</sup>, re ipsa autem expilandæ, pro Prætore reliquit. Itaque dona multa *Sallustius* accepit, multa rapuit, Romamque deinde reversus, cum a Numidis accusaretur, maximam infamiam retulit; quod cum liberos scripsisset, in quibus copiosa

1) Ex Dionè Lib. XLII.

2) Hist. de bello Afr. c. 8.

3) Ibid. c. 34.

4) A. C. N. XLVI.

5) Dion. Lib. XLIII.



et acerba oratione invecius erat in eos, qui ex provinciis quæstum fecissent, rebus ipsis quod scriperat non expressisset: Ne 1) tamen causam diceret, 2) sestertio duodecies cum Cæsare pactus est, si credimus personato *Ciceroni*. Gravillimus certe Historicus *Dio*, prodidit eum, licet a Cæsare dimissum, suis ipsis scriptis perennem infamiam sibi creasse, quod vita ab iis prorsus disseutiret.

Ea præda, 3) qui modo ne paternam quidem domum redimere poterat, repente tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, qui 4) *Sallustiani* ab eius nomine, dicti sunt, villam Tiburtinam, et alias possessiones sibi comparavit.

Qua ratione vitam postea traduxerit *Sallustius*, Veteribus tacentibus, nobis non liquet. Credibile est ornandæ domui, exstruendis villis, deliciisque undequaque sibi parandis occupatum fuisse; ita ut saluberrimis præceptis, quæ in Historiis tradiderat, exemplo suo, vim pondulque detrahere pergeret. De eius oratione in *Ciceronem*, et *Ciceronis* in *Sallustium*, nihil addam; quia, licet antiquæ sint, nec infra ævum Tiberianum, animi causa, a Rethore quopiam confictas nemo amplius dubitat.

Septuagesimo ætatis anno, facto functus est, quadriennio 5) ante bellum Actiacum, hoc est, anno 6) U. C. 1000 S. Pompeio et S. Cornificio Coss. Vir sane suit memorabilis, si Historias eius spectes; quæ si nimium antiquioris styli studium excipias, nullis aliis postponendæ sunt, principemque locum inter Romanos Historicos, etiam iu-

1) *Cicer. in Sall. c. 8.*

2) Nonagesies mille si euque amplius.

3) Id. *ibid.*

4) De iis vide *Fam. Nardium Vet. Romæ Lib. IV. c. 7.*

5) Vide *Euseb. in Chron.*

6) A. C. N. XXXV.



nor videtur non tam monitorum de Republica ordinanda, quam turpium adulationum iis admissarum præmium fuisse. At *Sallustio* propemodum fatalis fuit: 1) cum enim esset in Campania, apud Cæsarianos milites, mox in Africam transmittendos motaque ab iis eis et seditio, quam frustra compescere tentavit, ab iis ferme est interfactus. Quin etiam cum Romam ad Cæsarem contenderet, ut hac de re certiore faceret, insequuti eum complures militum, obvios quoque occiderunt; ipsum si adipisci potuissent, e medio sublaturi.

Cæsar vero, placatis militibus, sub brumam in Africam, cum parte exercitus, traiecit, secumque *Sallustium* duxit, quem, paucis diebus postquam ad pulisset, cum penuria annonæ premeretur, 2) ad Cercinam insulam, quam adversarii tenebant, cum parte navium, ire iussit, quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. 3) Eius adventu C. Decimius Quæstorius, qui ibi cum grandi familiæ suæ præsidio præerat commeatui, parvulum navigium nactus concidens, ac se fugæ commendavit. *Sallustius* interim a Cercinatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complevit, atque in castra ad Cæsarem misit. Quid aliud in eo bello gesserit *Sallustius*, nemo prodidit, sed fidelem ac strenuum operam Cæsari navalle, ex præmio intelligere est. 4) Anno enim U. C. 100, Africano bello, 5) Cæsar eum in Numidia recepta, verbo quidem administrandæ provinciæ causa, re ipsa autem expilandæ, pro Prætore reliquit. Itaque dona multa *Sallustius* accepit, multa rapuit, Romamque deinde reversus, cum a Numidis accusaretur, maximam infamiam retulit; quod cum liberos scripsisset, in quibus copiosa

1) Ex Dion. Lib. XLII.

2) Hist. de bello Afr. c. 8.

3) Ibid. c. 34.

4) A. C. N. XLVI.

5) Dion. Lib. XLIII.



et acerba oratione invectus erat in eos, qui ex provinciis quæstum fecissent, rebus ipsis quod scriperat non expressisset: Ne 1) tamen causam diceret, 2) festertio duodecies cum Cæsare pactus est, si credimus personato *Ciceroni*. Gravissimus certe Historicus *Dio*, prodidit eum, licet a Cæsare dimissum, suis ipsis scriptis perennem infamiam sibi creasse, quod vita ab iis prorsus dissentiret.

Ea præda, 3) qui modo ne paternam quidem domum redimere poterat, repente tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, qui 4) *Sallustiani* ab eius nomine, dicti sunt, villam Tiburtinam, et alias possessiones sibi comparavit.

Qua ratione vitam postea traduxerit *Sallustius*, Veteribus tacentibus, nobis non liquet. Credibile est ornandæ domui, exstruendis villis, deliciisque undequaque sibi parandis occupatum fuisse; ita ut saluberrimis præceptis, quæ in Historiis tradiderat, exemplo suo, vim pondulque detrahere pergeret. De eius oratione in *Ciceronem*, et *Ciceronis* in *Sallustium*, nihil addam; quia, licet antiquæ sint, nec infra ævum Tiberianum, animi causa, a Rethore quopiam confictas nemo amplius dubitat.

Septuagesimo ætatis anno, facto functus est, quadriennio 5) ante bellum Actiacum, hoc est, anno 6) U. C. 100xix S. Pompeio et S. Cornificio Coss. Vir sane suit memorabilis, si Historias eius spectes; quæ si nimium antiquioris styli studium excipias, nullis aliis postponendæ sunt, principemque locum inter Romanos Historicos, etiam iu-

1) *Cicer. in Sall. c. 8.*

2) Nonagesies mille si euque amplius.

3) Id. ibid.

4) De iis vide *Fam. Nardium Vet. Romæ Lib. IV. c. 7.*

5) Vide *Euseb. in Chron.*

6) A. C. N. XXXV.



dicio Veteruni, ei pepererunt. Nec brevitatem ac efficaciam singularem dictionis duntaxat laudant, sed etiam veritatis studium; quod ita intelligendum, ut de aliis loquenti fides habeatur, de se ipso nihil credatur, nisi quod re ipsa comprobatum est. Facile credo, cum se Reipublicæ longum valedixisse putaret, 1) *Consilium ei non fuisse*, ut ipse dicit, *socordia atque dessidia bonum otium conterere, neque vero agrum colendo nec venando, servilibus officiis intensum, aetatem egisse*, sed honestioribus studiis et scriptoribus operam dedisse. At nec oblitum deliciarum ac voluptatum opinor; quibus et puer et adolescens et senex quasi Sirenibus quibusdam adhæsit; nec, ut puto, dum historias florente ætate scriptitaret, nunc remisit.

Idem fecit, quod 2) plerique Philosophorum, disertorum in convicium suum, quos si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium professos putas. adeo redundant ad ipsos maledicta in publicum missa! Interea eius Historia, ut ceteris omnibus, utamur oportet; quippe quæ non minus gravia ac utilia præcepta exemplaque continet, quam si scriptor sanctitate morum priscos omnes Romanos superasset.

- 2) Coniur. Catil. c. 4.  
2) Senec. ap. Lactant. Libr. III. c. 19.



## NOTITIA LITERARIA

DE Oratione.

## C. CRISPUS SALLUSTIO.

Ex Io. Alb. Fabricii Bibliotheca latina

a Io. Aug. Ernesti auctius edita.

Tom. I, Lib. 1, c. 9.

**C.** Crispus Sallustius 1) natus Kal. Octobr. A. U. C. 668. secundum fastos Idat. Amiterni, oppido Sabinorum, ab Appio Censore A. C. 704. senatus electus 2) a Cæsare Dictatore Senatoriae dignitati restitutus 3) evectusque ad præturam, et præfectus (sive potius, 4) expilator) Numidiæ, Iubâ victo 5) et occiso. vitæ ipse profligatae 6), quantumvis in scrip-

1) Alius Crispus Sallustius nostri sororis filius inventor aeris, quod ab eo Sallustianum est appellatum. Plin. XXXIV, 2. Ad hunc Hor. lib. II. Oda 2. Vide et Lips. ad 1. Taciti Annal. num. 35. Fuit præterea Crispus quidam Sallustius, qui Apuleii Milesiarum libros et Apologeticum recensuit, ut notatum est in antiquo cod. Floren. De aliis Sallustiis vide si placet Suidam et Onomastic. Glandorpia. A Sallustio ludimagiistro additam literam K legas in Vincentii Bellovacensi speculo Doctrinali lib. 2, c. 8. Inter recentos Medicos clarus est Sallustius Salvianus, cuius libri III var. lecit. de re medica prodierunt Romæ a. 1588. 8. ut alia eius scripta præteream.

2) Dio lib. XL. p. 50.

3) Adi Hank V. C. de Rom. rer. scriptoribus lib. 1, c. 6. quod est de Sall. vita, et Io. Nic. Funcium de ætate virili lingue lat. parte 2. p. 181. sq. Sall. effigiem e numero Reginæ Christianæ habes in T. III. thes. antiquiss. Graecar. Gronoviani, litera ddd.

4) Dio Cassius lib. XLIII. p. 217.

5) Apian. 2. Civilium bellorum p. 490.

6) Scholiast. vetus Horatii ad verba l. I. Sat. n. X. 41: ille flagellis. Hoc de Crisp. Sall. dicitur, qui depre-



tis veritatis studiosus et alienorum vitiorum, Cato-nis ac Thucydidis, 1) exemplo, acerbissimus infec-tator, obiit quadriennio ante pugnam Actiacam, quæ commissa est an. urbis 723, ante Ch. 31. Numum orna-tum Sallustii capite imberbi edidit primum Fulvius Ursinus cum inscriptione *Sallustius Autor.* Annotat porro Io. Faber, numum illum fuisse contorniatum, *autoris* vero vocabulum aliter accipi quam ab ipso Sallustio, qui c. 3. Catil. auctorem rerum a scrip-tore distinguit. Inscriptiones etiam antiquiores et ætati Sallustii vicinæ apud eundem Ursinum p. 90, sicut et Quintiliani et Mareiani Capellæ codices, et Horatii nomen illud non cum simplici, 2) sed gemi-nata litera LL efferunt: unde concludit Faber, il-lum numum diu post Sallustii ætatem cusum fuisse, et fortasse tum, quum aliorum quoque ill. virorum numi eadem forma sunt percusi. Constat autem eius-cemodi numos, quibus memoria veterum clarorum virorum conservaretur, cœpisse cudi post Constanti-num M. et maxime sub Honorio. Dolebat Gisbertus Cuperus, non proditam ab Ursino partem numi aver-iam, nisi nudam fortasse reperit. Etiam Car. Pati-nus edidit numum, in quo circa caput viri, sed quod male barbatum pro nudo exhibet, legitur *Sallustius Autor.* Illum vero neutquam referendum putat ad scriptorum belli Iugurth. sed pertinere ad Sallustium, qui cum Leontio Consul fuit A. U. C. 1096. Ch. 344. imperantibus Constantino iuniore, Constantio et Con-stante, qui Consul certe a Zabarella Sallustius Au-tor cognominatur. In aversa parte tres viri togati, e quibus medius manu tenet ædificium, sive, ut Si-gebert. Havercampius (qui eundem numum offert in libro de numis contorniatis p. 149.) hydraulicum

hensus ab Ann. Milone in adulterio cum uxo-re Fausta, Sullæ filia, flagellis cæsus esse dici-tur, ut refert Asconius in eius (Milonis) vita. adde Gellium XVII. 18. Suetoniam de Grammatic. c. 15. et Lactant. II, 12.

1) Thucydidis æmulum vocat Velleius II, 36.

2) In Plut. Dion. Stephani Byz. Suidæ et aliorum Græcor. libris Σαλλουσίος.



organon, ad oram adscriptis verbis: PETRONI PLACERAS.  
 Quam Orsinus quoque adiunxit numi faciem tres figurae decorant, sed feminarum, et verba MONE... GEAS.  
 Apud Paulum vero Pedrusium T. V. p. 36. in aversa parte conspicitur figura hominis sedentis, viri, non feminæ: unde nec Numidiam, nec cum Pedrusio p. 39. Historiam ab illa denotari crediderim. Similis plane figura in numo Alexandri Severi, id. p. 286. ubi iterum Historiam Pedrusius vult intelligi parum verisimiliter. Fuit et Crispus Sallustius iunior Rhetor, de quo intelligendum, quod in priscis Taciti et Apuleii codicibus Florentinis aiunt reperiri: *Ego Crispus Sallustius legi et emendavi Romae foelix, Olybrio et Probino Coss. in foro Martis controvorias declamans Oratori Endelechio.* Non plane intelligo, quid hæc verba sibi velint, nec quo tempore Olybrius cum Probino consulatum gesserit: licet Olybrium consulem fuisse constet a. C. 526. ante Mavortium, quem in emendando Horatio Felix 1) orator urbis Romæ adiuvit. Alii Q. Sallustius Hermes et Q. Sallustius Felix in vet. epitaphio ap. Montfauc. Antiquitatis explicatae T. 5 supplementi p. 65. tab. XXVIII et XXIX. De Sall. vet. Historico conferre licebit Dan. Guil. Moller dissertationem editam Altdorsii 1684. et orat. Christoph. Coleri, Nörimb. 1598. 8. Vitam scriptam a Io. Clerico et in Wassii edit. obviam servavit in Sall. suo Caietan. Vulpius: etiam Thyronus translatam Gallicæ suæ adiunxit versioni, sed additis animadversionibus, Sallustii famam defendantibus. Citatur Sall. a Græco scriptore Io. Antiocheno in excerptis Peirescianis p. 793. Καὶ Συλλογιστος ο Ρωμαιος συγγραφευς εφη καλοις αυτον (τον Συλλαν) εγχειρημασι κακισον επενηνεχεναι το τελος. Codicem MS. Sall repertum in cœnobio Benedictinorum Martisburgensi Io. Rivius utendum se accepisse testatus est a G. Fabricio. MSti sui cod. qui Reinesii olim fuit, meminit Conr. Sam. Schurzleisch præf. ad Orthogr. lat. Quatuor codd.

b 2

1) Vide Pet. Relandi fastos Consulares, p. 696.



MSS. Sall. Tegnagelius in Bibl. Cæsarea: duodecim Mediceos laudat Norisius in Cenotaphiis Pisaniis pag. 463. ternos etiam nuper habebat Bibl. Rossgaardiana p. 464. Habeo et ipse binos Sall. codd. non contemnendos, scriptos in membrana, atque in his unum antiquissimum. Ambo nactus sum e Bibl. V. C. Marquardi Gudii. Ex eadem ad me pervenerunt quoque 1) lectiones duorum codd. membranaceorum Cathedralis Eccles. Remensis, quas enotavit idem vir doctissimus, testatus priorem formam oblongiore, ut quartam paulo excederet, scriptum anno circ<sup>o</sup>CLXVIII, indictione prima. Liberarius nomen suum prodidit his verbis: *Omnes qui lecturi esis, orate pro Mattheum scriptorem, ut Deum semper habeat propitiatorem.* Alter membranaceus in quarto, annorum amplius leptingeritorum. Omnino nullius alias scriptoris veteris tot codd. scripti extant, quam Sallustii, et auctoris librorum ad Herennium: unde patet, eos libros a multis lectos esse, ut opinor, propter brevitatem et acumen orationis et παθος: sed ea frequentia exemplarium peperit multitudinem mendarum, glossarum, interpolationum, quæ et in edd. primis reperiuntur. Laudat Quintil. X. 1. p. 886. *Sallustianam brevitatem*, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas possit esse perfectius: et p. 914. *immortalem Sallustii velocitatem*, quam diversis virtutibus Livius sit assecutus: tamen Conciones a Crispo frequentiores longioresque, atque, ut ipsi quidem videtur, insipidores Historiæ inspersas, moleste fert. V. C. Nic. Hier. Gundlingius præfat. ad Nic. Burgundi Hist. Belgicam. Fuit hoc ab aliis etiam reprehensum, sicut notum illud Senecæ Patris præf. lib. 3. controversial. Ciceronem eloquentia sua in carminibus suis destituit: *Orationes Sallustii in honorem historiarum leguntur.* Sed notum itidem est, quid excusando illi mori eloquentiam in historia ostentandi, lectoremque delectandi vel morandi ab aliis, responsum fuerit. Sane licebit properanti te-

1) Tres hosce codd. a: 1722. libenter misi ad V. C. Cottl. Cortium; qui illis usus ad præclaram suam edit. Sall. adornandam.

trico et fastidioso lectori illas orationes veluti scopolos præternavigare, dum interim alii, quibus lectu dignæ et insignium documentorum plenæ videntur, ex iisdem voluptatem capere et fructum permiserint.

Exstant Thucydidea gravitate et aucta brevitate stili, Catonianæque 1) colore orationis ab nobilissimo hoc historicoo 2) descripta

1. *Bellum Ingurthinum*, contra Ingurtham Numidiæ regem anno urbis 643. sq. gestum, de quo consulendi sunt viri docti ad Flor. III, 1. ubi in editione Græviana Iug. quoque in imaginem in numero Sullæ contemplari poteris. Ex libris Punicis *Hiempfalis* nonnulla, de situ Africæ tradit Sallustius belli Iug. 17 sq. Orationem ex cap. 10, qua Micipsa filios ad pacem et concordiam hortatur, Severus Imp. morti vicinus commendavit Bassiano, filio suo natu maiori, ap. Spartianum c. xxii.

2. *Bellum Catilinarium* sive *de coniuratione Catilinae* liber, quæ incidit in an. U. 691. quo Cic. consul fuit. Hunc librum, quem seperatim cum Comment. suo edidit *Theodorus I. F. Graswinkelius* Lugd. Bat. 1642. 12. prius scripsisse Sallustius videtur, sed Iugurthinum, quia prius gestum est, præmittere placuit.

3. E sex libris *Historiarum* 3) Populi Romani, a morte Sullæ, quæ contigit M. Lepido et Q. Catulo Coll. Anno U. 676. usque ad Catilinæ coniurationem, *Fragmenta collecta a Lud. Carrione* in sua Sall. edit. et ab *Ant. Riccobono* ad calcem libri de Historia, Venet. 1568. 8. et Basil. 1579. 8. p. 163-216. et ab *Aldo Manutio*, Pauli F. Sed Carrionis præstat industria, quam fere editores Operum Sall. sequuntur. *Isaac. Vossius Epist. ad Nic. Heinseum* data a. 1651 Holm. d. 12 Iul. *Hoc ipso die, quo*

1) Vet. epigramma ap. Quintil. VIII, 3. Et verba antiqui multum surate Catonis Crispœ Iugurthinæ conditor historiæ.

2) *Augustin. Ep. V. ad Marcellin.* c. 16. edit. novæ T. 2. Ep. 138.

3) Male alii libros XI vel IX computant.



*haec scribo, incidi in duo folia stupendae antiquitatis, quae postquam diligentius adspexi, statim concipi esse fragmenta deperditarum Sall. Historiar. Continent illa bellum servile Cixi et Spartaci. Ob hoc potissimum opus, Lucullo inscriptum, Sall. Martiali xiv. 191 audit Romana primus in Historia. Reperiuntur fragmenta et in ed. Cortii.*

4. *Duae orationes* (sive *Epistolae* potius,) *de Rep. ordinanda ad Cæsarem missæ*, cum in Hisp. proficisceretur contra Petreium et Afranium, victo Cn. Pompeio. Has Sallustii esse Lipsius, lib. 1. var. lect. c. 8. dubitavit, citra magnam causam negavit Carrio; ceterum de Sall. meritus haud male, quam non bene Iul. Pompon. Lætus. Quicquid enim ferme adversus Codd. fidem in Sall. immutatum est, id Pomponio huic tribui debere notat Vossius de Hist. latinis lib. III p. 615. Duas hasce Orat. separatum notis illustravit Christoph. Colerus, Ambergæ 1599. 8. Io. Loccenius Lips. 1673, 8. et cum orat. in Ciccr. Ciceronisque responsoria gallice vertit Petr. Saliat, Paris. 1537. 8. ap. Sim. Colineum. Hanc in Cic. quam cum declamatione in Catil. Porcio Latroni vel Vibio Crispo alii tribuunt (conf. Pet. Victorium xv, 3. var. lect. et Io. Sichardum in Quint. V, 13. p. 474.) ad Sall. auct. ex Quintil. IV. 1. Institut. Orator. refert Paulus Colomesius. Eidem sine controversia tribuunt Sanctius et ad eius Minervam p. 387. Perizonius.

5. *Declamat. in Catil. et alia in Cic.* Porcii Latronis potius, aut Vibii Crispi, vel alterius non insuli Rhetoris antiqui, quam Sall. esse creditur a viris doctis. Vide Lips. Orat. vii. Voss. lib. III de vitiis sermonis c. vi. In cod. MS. Ulm. Ill. Raymundi de Kraft exstat hoc titulo: *Sallustii in Ciceronem controversia et huius in illum.* Minime tam despabilis, quam Carrioni videtur, qui ineptissimum Sophistam vocat, et si tam antiquus non est, quam videri cupit iudice Barthio xxxiv, 16 adversar. Veterem interpretem in Sall. Catilinariam ex

membranis Paul. Steph. laudat Goldastus notis ad Eginhard. p. 175.

Sall. Historias e vett. Gramm. illustraverant *Asper* et *Statilius Maximus*, laudati a Charisio. Historiar. pariter libros et bellor. Iug. et Catil. (ita enim intelligo vocab. βελλων) Gracce interpretatus est Zenobius, Suida teste. Sed hæc omnia hodie desiderantur, perinde ut Asinii Pollionis liber, quo Sal-lustii scripta, ut nimis priscorum verborum affectatione oblita, reprehendit, teste Suet. in Gramm. c. 20. Junium Maximum Sall. Historias in *compendium* misisse, innuit Statius iv, 4 Silvar. Græca Sall. versione usus est Steph. Byz. in *αξιλις* 1).

1) His adde: Turci Risi Apronianus notis ex antiq. lib. scripto insertas notis in Sall. Angeli Mariæ Peveratis seperatim edit. Ferar. 1731. 4.

Hæc secunda editio nostra novis per totum ac diligenteribus curis recognitum et emendatum texsum habet, in quo constituendo neque superstitione, qua plerique editores laborant, ulli priorum editionum ita adstringi nos passi sumus, ut etiam errores propagaremus, et vel ab ipsa nostra prima, ubi nondum satis examinata vel emendata videbatur, discedere nostrum duximus. Quicquid igitur boni priscos editores Aldus, affinis Fr. A. Sulanus, Rivius, Glareanus, Carrio, Ciacconius, Put-schius, A. Popma, Gruterus, Pareus, Rutgerus, Hermannides, Wassis; Cortius, alii, ex melioribus Codd. dederunt, aut ex eorum et priscarum editionum vestigiis sui ingenii ope invenere, id quidem recepimus, vel probavimus: alia, quæ affixerant magis, quam vere coniecerant, modeste refutavimus: ac si quæ præterea minutius quebta erant, qualia admittunt maxime hoc aeo nonnulli, verhorum magis aucupes, quam mentis antiquæ custodes, sprevimus. Ipsū vero etiam in pluribus locis, quæ aliis desperata erant, aut male sanata, novam inivimus emendandi et restituendi rationem, camque, quantum decebat, munivimus: sepiissime aptiori interpunctione aut breviori expositione lectioni consuluiimus antea dubitatæ vel male intollectæ. quod quidem ut facile videbunt, quibus auctorem perlogere dulcius est, quam carpere aut circumrodere, ita nec loca, quibus subvenisse nobis videmur, hoc loco indicare, nos animus monet. Neque ab ipsis historiarum fragmentis, ceterisque, quæ Salustio affingi solent, recognoscendis omnino abstinuimus. sed



iis, quibus tantum otii est, ut in uno auctore, curando annos consumant, relinquendum duximus ut in fragmentis denuo ordinandis illuſtris viri de Brosse, interpretis Sallustiani, qui et ipſe historias reparare molitus est, ratione vel ingenio utantur. Gravius vero his, qui in minumis magnam doctrinæ laudem querunt, et scribendi ratione, quam veteres libri nonnulli offerunt, reddenda vim ingenii ac sermonis antiqui ponunt, seniliter vel pueriliter peccasse videbimur, quod nunc inadem illam speciem, studioſis haud raro offientem, post Manutium, aliosque sapientiores Latii procuratores, remifimus. Ita quidem Priscianus L. VII. p. 775 docuit: „Omaium, quæ tam nominativum quam genitivum similem habunt, eorum accusativus raro in es, frequenter in is solet terminari, ut hic et hæc omnis, huius omnis, nos et has omnis. Sallustius Catil. Omnis homines, qui sese student. Terentius in Andria omnis nos gaudent. Virgilius etc.” et sic sane MSS. Virgilii ac lapides veteres multi habent. Sed et veterum alii, quos Gruterus in Ciceronis libris a ſe caſtigatis, et editores Terentii maxime sequuntur, illud is longum inaluerere per eis ſcribere, ut omneis, civeis, forteis: et alii regulam egressi eam tranſulere etiam ad alia, ut maioreis, monteis, de quo vide apud Sofp. Charifum p. III; et P. Consentium p. 2040, qui tamen ipie monet, pleraque ex iis regulis conſuetudine eſſe immutata, neque earum vim perpetuo cultoditam. In qua inconfiancia maluimus in libello præ ceteris iuuentuti hodie definiato uſitatiorem rationem sequi, ex præcepto Qintiliuni l. 7, 17, ne quid iis præcipue, qui ad lectionem inſtituentur, impedimento fit. Pariter, cum mox vorto, vorsus, voſter aliaque ſimilia, mox vorto, versus, vester, in iſis editionibus κακογλωτιον præferentibus legerentur, ſuetiorei formam, quam et Gellius et alii veteres in excitandis Sallustii locis admiserunt, prætulimus, facilius diuersam ferentes in vocibus. in quibus veteres geminam V fugiebant ut volgus, volnus, pro vulgus, vulnus. In compositione verborum euphoniam, quem iunctæ efficiunt ſonum præpositiones, cum aliis prudentioribus ſequi maluimus, quam cum Cortio, aliisque prioribus, quem ſeparatæ habent, certe non perinde in omnibus ſeundum. Alia facemus, niſi quod nos magis consulendum duximus ſtudiis iuveniū, coque etiam notulas alperimus, quo minus hærent.



BELLUM  
CATILINARIUM  
SIVE  
DE CONIURATIONE CATILINAE  
EIUSQUE SOCIORUM.



三國志

# МУЛДАЙШТАЭ

EVIDENCE

## THE COMMISSIONERS' CATECHISM

# ELUSIVE SOCIOLOGY

SALLUSTII

# CATILINA.

**O**mnes homines; qui sese student præstare ceteris 1) animalibus, summa ope niti decet; vitam silentio ne transeant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedient. Sinxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita 2) est: animi imperio, corporis servitio magis utimur. alterum nobis cum dis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius 3) esse videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam quærere; et, quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. nam divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara æternaque habetur. Sed diu mag-

A 2

1. Alii Codd. & edd. animantibus, quomodo citat Charinus; & Cic. homines passim diversos facit a ceteris animantibus.

2. Et debet Cor. invitio Codicibus. Sed id sapientia ab eo iniuste resectum est.

3. Alii omittunt esse.



num inter mortales certamen fuit, vine corporis, an  
virtute animi res militaris magis procederet. nam  
et prius, quam incipias, consulto; et, ubi consulue-  
ris, mature facto opus est. 1) Ita utrumque per se  
2) iudicens, alterum ~~alterius~~ auxilio veget. 2) Igitur  
initio Reges (nam in terris nomen imperii id primum  
fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exerce-  
bant: 3) etiam tum vita hominum sine cupiditate 4)  
agitabatur, sua cuique satis placebant. Possea vero  
q̄iam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii et  
Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere,  
lubidinem dominandi causam belli habere, maxu-  
ram gloriam in maximo imperio putare; tum de-  
rum periculo atque negotiis compertum est, in bello  
3 lurimum ingenium posse. Quod si regum atque im-  
peratorum animi virtus in pace ita, uti in bello,  
valeret; æquabilius atque confianter res humanae  
haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac  
miseri omnia cerneret. nam imperium facile his  
artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum  
ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate

1) Consultum s. consilium est animi, sed celeritas ma-  
gis corporis.

2) s. viget; al. eget; al. augetur.

3) h. e. usque tunc l. tunc adhuc. Similiter Cicero de Orat.  
II, c. 22. l. 193; in Verrem IV, c. 30. l. 97. Inverse Tac.  
Ann. III, 61. quæ tum etiam maneat. Sic et so-  
lempne est etiam nunc. Non igitur opus cum Cortio di-  
videre et iam tum; aut cum aliis tentare etiam dum  
s. cum.

4) int. habendi s. alieni; quam mox lubidinem domi-  
nandi dicit.

lubido atque superbia invasere; fortuna 1) simul cum moribus immutatur. ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur. 2) Quæ homines arant, n̄avigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, in docti in cultique vitam, sicuti peregrinantes, 3) transegere: quibus, profecto contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mortemque iuxta æstumo, quoniam de utraque siletur. Verum enim vero is demum mihi vivere a qua frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclaris fac̄toris aut artis bonæ famam quærit. Sed iam 3 magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. pulchrum est bene facere reipublicæ: etiam bene dicere haud absurdum est. vel pace, vel bello clarum fieri licet: et qui fecere, 4) et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum; tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere: primum quod facta dictis sunt exequanda: dehinc quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malivolentia et invidia 5) dicta putant: ubi de magna virtute et gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo

1) Scil. principum.

2) Sic ab Affyriis ad Persas, a Persis ad Grecos, a Graecis ad Romanos. Boni autem maxime sunt sortes.

3) Sic scripti & editi plurimi, & Non. ad Terent. Phorm. IV, c. 15. int. vero ævum. alii transiere.

4) Int. bene reip.

5) Cest. expunxit dicta; male.



accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique; studio ad rem publicam latus sum, ibique mihi adversa multa fuere. nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant. Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium; tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur: ac me, quum ab 1) reliquis malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido, eadem, 2) qua ceteros, fama atque invidia, vexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, et mihi reliquam ætatem republi-  
 4 ca procul habendam decrevi; non fuit consilium se-  
 cordia atque desidia bonum otium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, servilibus officiis intentum, ætatem agere; sed a quo 3) incepto studio me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, ut quæque me-  
 moria digna videbantur, prescribere: eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus reipublicæ animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, quam verissime potero, paucis absolvam. nam id facinus in pri-  
 mis ego memorabile existumo, sceleris atque peri-  
 culi novitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

- 1) Alii reliquorum.  
 2) Ita I. F. Gron. & Iselin. ap. Cortium. Alii quæ Al. omittunt, quæ ceteros.  
 3) Ita Cortius refutuit. Maxima Codd. pars & vulg incep-  
 to studioque. Intelligit vero studium scribendi historiam.

LUCIUS CATILINA nobili genere <sup>1)</sup>, natus, 5  
 fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio ma-  
 lo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina,  
 cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere: ibique  
 iuventutem suam exercuit. corpus patiens inediæ,  
 vigiliæ, algoris, supra quam <sup>2)</sup> cuiquam credibile  
 est. animus audax, subdolus, varius, cuiuslibet rei  
 simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profu-  
 sus, ardens in cupiditatibus: satis <sup>3)</sup> loquentiæ, sa-  
 pientiæ parum. vāstus animus, immoderata, incre-  
 dibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post do-  
 minationem Lucii Sullæ lubido maxima invaserat  
 reipublicæ capiundæ: neque id quibus modis adse-  
 queretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi  
 habebat. agitabatur magis magisque in dies animus,  
 ferox inopia rei familiaris & conscientia scelerum:  
 quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memo-  
 ravi. Incitabant præterea corrupti civitatis mores,  
 quos <sup>4)</sup> pessima ac diversa inter se mala, luxuria  
 atque avaritia <sup>5)</sup>, vexabant. Res ipsa hortari vide-  
 tur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit,  
 supra repetere; ac paucis, instituta maiorum domi  
 militiæque, quomodo Rempublicam habuerint, quan-

1) Gentis Sergiæ ultimus fuit.

2) Grut. frustra præfert cuique: sumque Cor. sequitur.

3) Sic Gellius I, 15. MSS, plerique eloquentia.

4) Scil. mores. Vexantur, huc illuc trahuntur non  
 homines solum, sed & res, divisa humanaque, viti, for-  
 tunæ, pudor: ho, noster infra c. 20. pecuniam omnibus  
 modis trahunt, vexant.

5) Altera profundit, altera rapit; hinc diversa dixit.



iamque reliquerint, 1) utque paulatim immutata, ex pulcherruma pessuma ac flagitosissuma facta sit; dis-  
serere.

6 Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere at-  
que habuere initio Trojani, qui, Aenea duce, pro-  
fugi, sedibus incertis vagabantur: cumque his Abo-  
rigines, genitus hominum agrestie, sine legibus, sine  
imperio, liberum atque solutum. Hi postquam in  
una mœnia convenere, dispari genere, dissimili lin-  
gua, aliis alio more viventes; incredibile memoratu  
est, quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum,  
civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satis-  
que pollens videbatur; sicuti pleraque mortalium ha-  
bentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges  
populique finitimi bello tentare: pauci ex amicis  
auxilio esse. nam ceteri metu 2) percussi a periculis  
aberant. At Romani, domi militiæque intenti, fe-  
stinare, parare 3) alias alium hortari, hostibus ob-  
viam ire, libertatem, patriam parentesque armis pro-  
tegere. posse, ubi pericula virtute propulerant, so-  
ciis atque amicis auxilia portabant: magisque dan-  
dis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant.  
Imperium legitimum 4), nomen imperii regium ha-  
bent: delecti, quibus corpus annis infirmum, in-  
genium sapientia validum erat, reipublicæ consulta-

1) Cottius ut paul.

2) Al. perculti.

3) Int. ea quæ defensioni aut bello usui essent.

4) Imperium legibus circumscriptum, quod opponitur imperio  
absoluto, dominationi.

bant. hi vel ætate, vel curæ similitudine Patres 1) appellabantur. Post, ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis atque augendæ reipublicæ 2) fuerat, in superbiam dominationemque convertit 3); immutato more, annua imperia, binosque imperatores 4) sibi fecere. eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animum humanum. Sed ea tempestate cœpere se quisque 5) extollere, magisque ingeuium in promptu habere 6). nam regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adepta libertate, quantum brevi creverit. tanta cupido gloriæ incesserat. Iam primum iuventus 7), simul laboris ac belli patiens erat, in castris 8) usu militiam discebat: magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis lubidinem habebant. Igitur tabibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus:

1) C. primo delecti; quorum progenies Patricia dicta deinde alii adlecti.

2) Int. causa s. ergo.

3) Eleganter pro convertitur. Factum id sub Tarquinio superbo.

4) i. e. consules.

5) Al. inserunt magis; cui alii et supperaddunt magisque.

6) Virtutes animi proferre.

7) Ab anno XVII. ad XLVI. Ante illum pueri; post hunc seniores dicebantur, cf. Gellium X, 28.

8) Vulg. per laborem usu mil. redundant glossemate. hinc Cort. dedit per usum mil. d. Sed sequimus Ruptum MSS. usum, cui et accedit Holling.

virtus omnia domuerat. Sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat: 1) sic quisque hostem ferire, murum adscendere, conspicere, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant: laudis avidi, pecuniæ liberales erant: gloriam ingentem, divitias honestas 2) volebant. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes, natura munitas, pugnando ceperit; ni ea res longius 3) nos ab incepto 8 traheret. Sed profecto Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego æstimo, satis amplæ magnificæque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. ita eorum, qui fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis 4) ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. ingenium nemo sine corpore exercebat: optumus quisque facere, quam dicere; sua ab aliis bene facta laudari, quam ipse aliorum narrare ma-

1) Plerique Codd. sic se. Sed Cort. præsert se se. Alii neutrum habent & Ciaccon. delet.

2) h. e. ex virtute, qua & finem habet cupiendi & modum statuit utendij;

3) Cortius omittit nos.

4) Ea int. facta. Cortius mavult eam scil. virtutem. Sed facta in maius laudata augent virtutis gloriam.

lebat. Igitur domi militiæque boni mores colebantur. concordia maxuma, minima avaritia erat: 1) ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat. iurgia, discordias, similitates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant. in 2) suppliciis Deorum magnifici, domi parci, 3) in amicis fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate, seque remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo, quod 4) in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius, revocati, 5) prælio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi, loco cedere ausi erant; in pace vero 6) quod beneficiis magis, quam metu imperium agitabant, et, accepta iniuria, ignorare, quam persequi malebant. Sed ubi labore atque iustitia respublica crevit, reges magni 7) bello domiti, 8) nationes feræ, et populi ingentes vi subacti, Carthago, æmula im-

1) s. iustum. & honestum. Iustus civem non habet. Honestus cuique & reip. benefacit.

2) Tam victimis & sacrificiis, quam precibus & supplicationibus.

3) Sic Cort. ex 2 Codd. dedit pro vulg. amicos & infra e. 52. nosfer misericordes in suribus.

4) Cort. debet in bello male.

5) Cort. bello contra codd.

6) Quod deest in Cod. Erlang. & mox alii codd. omittunt, magis.

7) Perse Macedonie, Jugurtha Numidie, Mithridates Ponti.

8) Nation latior est, quam populus unius civitatis.



perii Romani ab stirpe interiit, cuncta maria terræ· que patebant; sœvire Fortuna ac miscere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant, iis otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere. namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere edocuit. ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo æsumare; magisque vultum, quam ingenium bonum habere. hæc primo paulatim crescere, interdum vindicari 1), post ubi contagio 2) quasi pestilentia, invasit; civitas immutata, imperium ex iustissimo atque optimo crudele intolerandumque factum. Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius 3) virtutem erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus, & ignavus æque sibi exoptant: sed ille vera via nititur; huic quia bonæ artes defunt, dolis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit. ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animalique virilem effeminat: semper infinita, insatiable, neque copia, neque inopia minuitur. Sed pa-

1). Legē de ambitu, de pecunialis reputundis.

2) Int. vitiorum.

3) Sic Cott. ex Codd. & Prisciano, Vulg. vistunt.



## CATILINA.

13

quam L. Sulla, armis recepta Republica; 1) ex bonis initii malos eventus habuit; rapere omnes, trahere 2), domum alius, alius agros cupere; neque modum, neque modestiam victores habere, fœda crudeliaque in 3) civibus facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in 4) Asia duc-tayerat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat. Loca amœna, voluptaria, facile in otio feroces 5) militum animos molliverant. ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare; signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim ac publice rapere; delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. quippe secundæ res sapientium animos fatigant 6): 7) nedum illi corrup-

1) Sic Gruterus dedit et multi Codd. habent ex bonis initii quod sere magis placet, quam cum Cortio bonis initii dandi casu dictum credere. An malis boni initii? Initia guidem bona erant, oppressio Marianæ factionis ne vindicata resp. Sed his non consentiebat exitus. Lenius autem in Syllam dicit, qui eventus malos (non electa) habuerit. Eventus sunt fortunæ.

2) h. e. violentius (non dolo) rapere, diripere. Sic Tacitus: pagos trahere.

3) Sic Wattius invenit et Cortius dedit pro vulg. cives cf. sup. c. 9.

4) Sic codd. optimi. sed Cort. prætulit Abam.

5) h. e. duros, strenuos.

6) h. e. corrumpunt. Galba ap. Tac. H. I. 15. miferis tolerantur, felicitate corruptimur.

7) Alii pro nedum affectant ne eodem sensu, quod quidam Codd. habent.



12 tis moribus victoriæ temperarent. Postquam divitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potencia sequebatur: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere, consumere; sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi atque moderati habere. Operæ pretium est, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum, quæ nostri majores, religiosissimi mortales fecere. Verum illi delubra deorum pietate, domos 1) suas gloria decorabant, neque viciis quidquam præter iniuriæ licentiam eripiebant. At hi contra ignavissimi homines, per summum scelus, omnia ea sœciis adimere, quæ fortissimi viri vices 2) hostibus reliquerant: proinde quasi iniuriam facere, id demum esset imperio uti. Nam quid ea memorem, quæ nisi iis, qui videre, nemini credibilia sunt: a privatis compluribus subversos montes, maria 3) constructa esse. quibus mihi videntur ludi-brio fuisse divitiæ: quippe, quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed libido stupri, ganeæ ceterique cultus, non minor incesserat: 4) viri pati muliebria, mulieres pudicitiam

1) C o r t. præfert sua.

2) Contra fidem optimorum codd. ali præcunte Ciacc. omit-tunt hostibus.

3) Alij male contrata.

4) C o r t. defendens quod est in aliis Codd. viros sumit γενγκα a priore verbo incesserat.

in propatulo habere; vescendi causa terra marique omnia exquirere; dormire prius, quam somni cupido esset; non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere. Hæc iuventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat: eo profusius omnibus modis quæstui atque sumtui deditus erat. In 14 tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitiū aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti iudiciis; aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat; postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinæ proximi familiarisque erant. Quodsi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat; quotidiano ulu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Sed maxime adolescentium familiaritates appetebat: eorum animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. nam uti cuiusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere; aliis canes atque equos mercari; posiremo neque sumtui, neque modestiae suæ, parere, dum illos obnoxios fidosque i) ficeret. Scio, suisse nonnullos, qui ita æstumarent, iuventutem,

<sup>i)</sup> Vulg. addit sibi, quod Wattus omisit, Cortius expunxit aut. quibusdam Codd. et Liv. p. XLII. 46.



quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus 1) magis, quam quod cuiquam id compertum foret, hæc fama  
 15 valebat. Iam primum adolescens Catilina multa nefanda supra fecerat, cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, alia hujuscemodi contra ius falsoque. Postremo captus amore Aureliæ Orestillæ, cuius præter formam, nihil unquam bonus laudavit; quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adulteratatem, pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris maturandi. namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam 2) vastabat. Igitur colos exsanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus incessus; prorsus; in facie vultuque 3) recordia inerat. Sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere. post, ubi eorum famam atque pudorem attriverat; maiora alia imperabat, si causa peccandi in præsens minus suspetebat, nihilo minus insontes, sicuti fontes circumvenire, iugulare. scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus,

1) Vide quæ signa impudicitiae affert cap. sq. extr.

2) Alii vexabant: Grut. præsent versabat Sed CORTIUS defendit vastabat; tanquam sit gemma latinitatis: et expavit: sed excutiebat plane et recordem reddebat.

3) Facies est corporis, maxime oris species h. l. inceps, in facie vultus offendit affectum animi.

gratuito potius malus atque crudelis erat. His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat, et quod plerique Sullani milites, largius suo usi, rapinarum et victoriæ veteris memores civile bellum exoptabant; opprimundæ reipublicæ consilium cepit. In Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in extremis terris 1) bellum gerebat: ipse consulatum 2) petundi magna spes: Senatus nihil sane intentus 3): tutæ tranquillæque res omnes. Sed ea prorsus opportuna Catilinæ 4) erant. Igitur circiter Kalendas Iunias L. Cæsare & C. Fl. 17 gulo Consulibus primo singulos appellare: hortari alios, alios tentare: opes suas, imparatam rem publicam, magna præmia coniurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quæ voluit; in unum omnes convocat, quibus maxima necessitudo, et plurimum audaciæ 5) inerat. Eo convenere Senatorii ordinis P. Leutulus Sura, P. Autronius 6), L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Servius Sullæ, Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annus, M. Porcius Læcā, L. Bestia, Q. Curius: præterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: adhuc multi ex coloniis et municipiis 7),

1) Contra Tigrahem et Mithridatem.

2) Gruter. potiundi. Cod. Guelf. s. petenti. Urbinus expungit petundi.

3) Scil. nil tale metuens.

4) Cætius omilit erant.

5) Grut. et Cott. invitit Codd. delent inerat.

6) Cogn. Paetus.

7) Cives Rom. coloni s. in aliam civitatem traducti intra iustitiamque P. R. non sui arbitrii habebant. Cives ex municipiis

domi nobiles.<sup>1)</sup> Erant præterea complures par-  
tio occultius consilii huiusce<sup>2)</sup> participes in nobiles,  
quos magis dominationis opes horribilis, quam ini-  
opia, aut alia necessitate. Ceterum tuvensis plera-  
que, sed maxime nobilium, Catilinæ inceptis fave-  
bat, quibus in otio vel magnifice, vel molliter vi-  
vere, copia erat, incertâ pro certis, bellum, quam  
pacem, malebant. Fuere item ea tempestate, qui  
crēderent, M. Liciñium Crassum non legatum effusus  
consilii fuisse: quia Cn. Pompeius invitis ipso mag-  
num exercitum ducibat, cuiusvis opes voluisse con-  
tra illius potentiam crescere; simul constitam, si con-  
iuratio valueret, facile apud illos principem se fore<sup>3)</sup>.  
Sed anteā item comūravere pauci contra rempubli-  
cam, in quibus Catilina de<sup>4)</sup> quo, quam verissime  
poterō, dicam. L. Tullo, M. Lepido consulibus,  
18 P. Antonius et P. Sulla designati consules legibus  
ambitus<sup>5)</sup> interrogati<sup>6)</sup> penas dederant. Post pauco

tempore et suis legibus tribuntur, civitatis Rom. bossera<sup>7)</sup>  
i quidem capitabant (unde suuicipes dicit) sed negotiis aliquo-  
queribus immunes erant. Coloremq[ue] consilio quo magis  
adæcta erat et obnoxia, hoc postea et prefatione habeta-  
tur ob maiestates P. R. c. Gellium XVI, 13. Domi  
nobiles nos ita Romæ erant.

1) Alii omittunt nobiles, sicut bene Celsus et in se-  
spicione reverat, tunc Sueton.

2) Scil. Romanorum erat ditissimus.

3) Cest. præfeti de qua int. coniuratione. Quidam id est.

4) LL. de ambitu erant, u: qui largitionibus aut captio[n]e con-  
secutus Magistrata abiret, penas deret. Notiones adhuc.

in Cestiana ed per mecum omnia in l. verba del. cont-

in p[ro]p[ri]e[rum] peccatu, c. infra c. 31. Liv. XXXVIII. 5<sup>1</sup>, Velle i.

II. 23.

Catilina, pecuniatum repetundarum 1) reus, prohibitus erat consulatum petere; quod intra 2) legitimos dies profiteri 3) nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summae audaciae, egenus, factiosus, quem ad perturbandam rem publicam in opia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius, 4) circiter Nonas Decembres consilio communicato, parabant in Capitolio Kalendas Januariis L. Cottam et L. Torquatum Consules interficere; ipsi falcibus correptis, Pisoneum cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias militare. Ea res cognita, cursus in Nonas Februarias consilium cædis transiulerunt. Iam tum non consulibus modo, sed perisse que Senatoribus perniciem machinabantur, quod nisi Catilina maturasset, pro 5) curia signum sociis dare; eo die, post conditam urbem 6) Romanam, pessimum facinus patratum foret. quia nondum frequentes armati convenerant; ea res consilium diremit. Postea 19 Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, adestente Crasso; quod cum insellum 7)

B 2

Quarum accusare licebat provincialibus et sociis eos qui idem presides fuissent, alienas pernicias aut vi aut dolosus offerant, sic Catilina Africam diripuerat. 2) XXX. illos dies, qui ante comitia centuriata essent proximi, triundinum vocant. 3) Int. se candidatum. 4) Cort. et plebej. omittunt circiter Non. Dec. 5) Pro h. l. ante. 6) Cort. male Romanam. 7) Al. inferunt inimicum; quod Manutius recte ut glossa aversatus est.



Cn. Pompeio cognoverat. Neque tamen Senatus provinciam invitus dederat; quippe sœdum hominem a republica procul esse volebat: simul, quia boni quam plures præsidium in eo putabant: et iam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso in provincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt, qui ita 1) dicant, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate eius Pisonem adgressos: numquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sævâ multa antea perpessos. Nos eam rem in medio relinquemus. De superiori coniuratione satis dictum.


20 Catilina ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt, tametsi cum singulis multa sæpe egerat; tamen in rem fore credens, universos appellare et cohortari, in abditam partem ædium secedit atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi habuit:

*Ni virtus fidesque vestra 2) satis spectata mihi forent, nequidquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per 3) ignoraviam; aut vana ingenia, incerta pro*

2) Sic et Grut. Par. et Wasseus. Sed Cort. prætulit dicunt, quod non permittit mos Sallust. et latinitas; neque nos movent exempla contraria poëtæ Venuſ. et auctoritates Apul. et Melæ.

2) Cort. ex suis Codd. emittit satis. Sed vulg. præbat. Mox alii forat.

3) Cort. mavult ignorare aut v. ign. Ignorâ virtuti, tanitas fidei contraria.



certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortes fidosque mihi; eo animus auras, maximum atque pulcherimum facinus incipere: simul quia vobis caderem, 1) quae mihi, bona malaque intellecti. nam idem velle atque nolle, ea demum firma amicitia est. Sed, ego quae mente agitavi, omnes iam antea diversi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quae conditio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. Nam postquam res publica in paucorum 2) ius atque ditionem concessit: semper illis reges, tetrarchae 3) vectigales esse: populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus suimus, sine gratia, 4) sine auctoritate; his obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt, aut ubi illi volunt: 5) repulsas nobis reliquere, pericula, iudicia, egestatem. Quae quo usque tandem patiemini, fortissimi viri? nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris,

1) Corti temore delet quæ, ad aucupandum gravissimum.

2) Al. addunt potentium.

3) In gente, in quatuor partes distributa, singulari parti præerant. Postea id nomen iis impositum, qui parti terræ præessent, etiam si non tres alii aliis partibus præpositi erant. dignitate sacerdos erant regia, quibuscum sœpissime coniunguntur. Cort.

4) Qua quis gratus est hominibus; et sic quælibet facile efficiere potest.

5) Ita Cort. præsumtibus Codd. Vulg. nobis reliquerunt repulsas, per. etiam.




per dedecus amittere? Verum enim vero, pro Deum  
atque hominum fidem<sup>1)</sup> victoria<sup>2)</sup> in manu nobis est.  
vigeret aetas, animus valet: contra illis, annis atque  
dilitis, omnia consenserunt. tantummodo incepto  
opus est: cetera res expediet. Etenim quis mortaliū,  
cui virile ingenium, tolerare potest, ulti dilitias ju-  
periare; quas profundant in extruendo mari & monti-  
bus coaequandis; nobis rem familiarem etiam ad ne-  
cessaria deesse? illos binas, aut amplius, domos con-  
tinuare; nobis larem familiarem nusquam ullum esse?  
Quum tabulas, signa, toreumata emunt; nova di-  
runt, alia aedificant; postremo omnibus modis pecu-  
niam trahunt, vexant: tamen summa lubidine dilitias  
vincere nequeunt. at nobis domi inopia, foris aes  
alitem; mala res, spes multo asperior: denique,  
quid reliqui habemus, praeter miseram animam?  
Quin igitur expurgicimini? En illa, illa, quam saepe  
optatis, libertas, praeterea dilitiae, decus, gloria  
in oculis sita sunt: fortuna<sup>3)</sup> omnia victoribus pra-  
emia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli  
spolia magnifica magis, quam oratio<sup>4)</sup> mea, vos hor-  
tentur. Vel imperatore, vel militē me utimini: neque  
animus, neque corporus a vobis acribit. Hac ipsa, ut  
spero, vobiscum consul agam: nisi forte<sup>4)</sup> me magis  
animus saltit ac vos servire<sup>5)</sup> magis, quam impre-  
re, parati estis?

2) Hugo ea omnia.

3) Hugo Cor. contra omnes fere: Codd. committit me a posse.

4) Cor. temere expungit me, cui tu vos responderemus.

5) Cor. gratiam quarebit defendere magis.



Postquam accepere ea homines, quibus mala 21  
ennia abunde erant, sed neque res neque spes bona  
una; tametsi illis, quieta movere, magna merces  
videbatur: tamen postulare plerique, uti propone-  
ret; quæ conditio belli foret, quæ præmia armis  
peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum  
Catilina polliceri tabulas novas 1), proscriptionem  
locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia  
omnia, quæ bellum atque lubido victorum fert. præ-  
terea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Maure-  
tania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consilii  
sui particeps: petere consulatum C. Antonium, quem  
sibi collegam fore sperare, hominem et familiarem  
et omnibus necessitudinibus circumveniū: 2) cum  
eo se consulem initium agendi facturum. 3) ad hoc  
maledictis increpat omnes bonos: suorum unumquem-  
que nominans laudare: admonebat alium egerratis,  
alium cupiditatis suæ, complures periculi aut igno-  
minie, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea prædæ  
suerat. Postquam omnium animos alacres videt;  
cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent 4),  
conventum dimisit. Fuere ea tempestate, qui di- 22  
gerent, Catilinam, oratione habita, quum ad ius-  
jurandum populares 5) sceleris sui, adigeret, huma-  
nitas, illi credensib[us] tunc nesciunt.

1) LL. de p[ro]p[ri]o alieno debitoribus remittendo.

2) Cestus illudit auctori, Macienus ex uno ingenio e.o. (propter  
id) consulem (scil. Ant.) in ag. s. Alii cum aperte con-  
sule (l. consule se) etc.

3) Alii ab h[ab]ebendis machinis septuaginta fuit in via sic (A)

4) Petitionem consulatus suis suorumque adiuvantes suffragiis.

5) Socios s. conscientias ei tunc obsecravit. 210 (E)



ni corporis sanguinem , vino permixtum , in pateris circumfuluisse; inde, quum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, apperuisse consilium suum: atque eo, 1) dictare, fecisse, quo inter se fidi magis forent, alias alii tanti facinoris concisi. nonnulli ficta 2) et haec, et multa praeterea, existimabant ab his, qui Ciceronis invidiam, quae posse orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui penas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

23 Sed in ea 3) conventione fuit Q. Curtius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus cooperitus; quem Censores Senatu probri gratia 4) moverant. Huic homini non minor vanitas, quam audacia 5) inerat: neque reticere, quae audierat, neque laetare ipse scelera occultare; prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, supra vetus consuetudo; cui quum minus gratus esset; quia inopia minus largiri poterat, repente gloriens maria montesque polliceri

1) Ita Curtius ex Codd. pluribus dedit pro vulg. dictabant; sive eodem sensu (i. potius, pro dictabant, id que pluribus corua Hassium defudit, qui male dictare ad Catilinam referit. Sed dictabant iudicem illi, qui priora dixerat, fecisse haec Catil. ob id. quo, cert.

2) Cest. debet trunque et. Maxcamus his, pro iis. illud malum.

3) Al. coniurazione.

4) Sic. Riv. maluit latetique quidam Codd. et ed. Bal. 1563 etc. Vulg. amoverant.

5) Corste invitus Codd. delet inerat.



cœpit; minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremo ferocius agitare, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii causa cognita, tale periculum rei publicæ haud occultum habuit; sed, sublato auctore 1), de Catilinæ coniuratione quæ quoque modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accedit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea p'eraque nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum, quamvis egregius, homo novus 2) adeptus foret. sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere. Igitur comitiis habitis, 24 Consules declarantur M. Tullius et C. Antonius, quod factum primo populares coniurationis concusserat. neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam sua aut amicorum fide sumtam mutuam, Fæsulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines ad scivisse 3) dicuntur; mulieres etiam aliquot, quæ primo ingentes sumtus stupro corporis toleraverant, post, ubi actas tantummodo quæstui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant. per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem in-

1) Sublato scil. de narratione, h. e. haud nominato auctore; uti Cic. ad Att. II, 24. Cepionem de oratione sua subfūlit, quem in Senatu acerrime nominarat.

2) Cuius parentes atque maiores non s'vere honoribus in reg. cogniti; ex se natus.

3) Al. inserunt sibi.

cendere, viros earum vel adiungere sibi, vel interfisi-  
 cere. Sed in his erat Sempronia, quæ multa sæpe  
 virilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mulier  
 gaudere atque forma, præterea viro ac liberis, satis  
 fortunata: literis Græcis atque Latinis docta; psal-  
 lere 1) saltare elegantius, quam necesse est probæ;  
 multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt. sed ei ca-  
 riora semper omnia, quam decus atque pudicij  
 fuit: pecuniæ an famæ minus parceret, haud fa-  
 2) decerneres: 3) lubidine sic accensa, ut sæpius pe-  
 teret viros, quam peteretur. sed ea sæpe antehac fi-  
 dem prodiderat, creditum abiuraverat, cædis conscia  
 fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. Verum  
 ingenium eius haud absurdum: posse versus facere,  
 iocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli,  
 vel procaci: prorsus multæ facetiæ multusque lepos  
 26 inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus  
 in proximum annum consulatum petebat; sperans,  
 si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio  
 usurum: neque interea quietus erat, sed omnibus  
 modis insidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen  
 ad cavendum dolus, aut astutiæ deerant, namque a  
 principio consulatus sui, multa pollicendo, per Ful-  
 giam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante  
 memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. ad hoc

Et hi infamivi, et mox accusati et alia pendebat a  
 cui docta: ab mea scilicet et illi isti. Et: Dicit

1) Quod Cor. rationibus Gronovii motus præter vulg.  
 2) distinxerit et Codd: Veynart: et seq: et al: et max: et

3) Cor. præfert Lubido, sed ea non petit viros, nec petitur.



collegam suum Antonium pactione provinciae 1) per-  
pulerat, ne contra rem publicam sentiret. circum se  
præsidia amicorum atque clientium occulte habebat.  
Postquam dies comitorum venit, et Catilinæ neque  
peritio, neque insidia, quas 2) Consuli in campo fe-  
cerat, prospere cessere; constituit bellum facere et  
extrema omnia experiri: quoniam quæ occulte ten-  
taverat, aspera fœdaque evenerant. Igitur C. Man- 27  
tium Fætulas atque in eam partem Etruriæ, Septi-  
mium quendam Camertem in agrum Picenum, C.  
Iulium in Apuliam dimisit; præterea alium alio,  
quem ubique opportunitum 3) credebat. Interea Ro-  
mæ multa simul moliri; Consuli insidias tendere, pa-  
rare incendia, opportuna loca armatis hominibus  
etiamque ad bellum invenientibus, utrumque ruitus quo  
ceteris annis. Non aliud quod non sentiretur, tollere  
et 4) Macedoniam, commercio Orientis divitem, Silli, sine sorte  
concessit. Ciceronibusque accepit Galliam, quam tamen prop-  
vinciam mox, in conione depaluit; Merello celluram; cf,  
Cic. ad. div. V, 2, et ip. Pil. o. 2,  
et 5) Corf, ex pluribus suis, et optimis Gruterianis, rescripsit  
consulibus; ut non modo intelligatur Cicero, sed si Cosi  
designati, Silanus et Murena, competitores Catilinae.  
Atque ipse Cic. in Cat. 5. dicit. Cum proximis co-  
mitiis consularibus me consulem in campo, et  
competentes tuos interfere voluisti etc. Haud  
tamen placet pluralis numerus. Neque enim Antonius  
Cosl. insidiatus erat, et competitores non cum Cosl. con-  
siderantur, sed credimus Auctor maxime h. l, respicit Cil-  
ceronem. Aldina et alii etiam simplicius legunt; quia s  
longe consule fecerat, abesse ab eis intermissus.

3) Vulgo addunt ubi fore, quod bene expunxisse videtur  
Cotilius. Atque inde illud audire, audiendi in multis (e  
gallis) et audire sed et audire.



obsidere; ipse cum telo 1) esse; item alios iubere, hortari, uti semper intenti paratique essent; dies noctesque festinare, vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari. Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes convocat per M. Porcium Læcam, ibique multa de ignavia eorum questus, docet, se *Manlium praemississe ad eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, seque ad exercitum profici sci cupere, si prius Ciceronem oppressisset: eum 28 suis consiliis multum officere.* Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, et cum eo L. Vargunœius Senator, constituere ea nocte, paulo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suæ imparatum confondere. Curius ubi intellegit, quantum periculi Consuli impendeat, propere per Fulviam 2) Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. ita illi, ianua prohibiti, tantum facinus frustra suscepserant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul, ac dolore iniuriæ, novarum rerum cupidam, quod, Sullæ dominatione, agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat; nonnullos ex Sullanis colonis 3), quibus lubido atque luxuria ex magnis ra-

1) Cives Rom. domi sine telo agebant. Telum, omne quod manu mittitur, saepissime gladii minores et sic.

2) Cort. unius Codd. auctoritate delet vocem Ciceroni.

3) Sullæ militibus, quibus tributi fuerunt agri Etruscorum; quod hi Marianis partibus favissent.



pinis nihil reliqui fecerant. Ea quum Ciceroni nun- 29  
ciarentur; anticipiti 1) malo permotus, quod neque  
Urbem ab insidiis privato 2) consilio longius tueri  
poterat, neque exitus Manlii quantus, aut quo con-  
silio foret, satis compertum habebat; rem ad Sena-  
tum refert, iam antea volgi rumoribus exagitatam.  
Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet. Se-  
natus decrevit, *darent operam Consules, ne quid  
Respublica detrimenti caperet.* Ea potestas per Sena-  
tum, more Romano, magistratui maxima permitti-  
tur: exercitum parare, bellum gerere, coercere om-  
nibus modis socios atque cives, domi militiaeque  
imperium atque judicium summum habere; aliter, si-  
ne populi jussu, 3) nulli earum rerum consuli ius est.  
Post paucos dies L. Sænius senator in Senatu lite- 30  
ras recitavit, quas Fælulis allatas sibi 4) dicebat:  
in quibus scriptum erat. *C. Manlium arma cepisse,*  
*cum magna multitudine, ante diem VI. Kalendas  
Novembbris.* Simul, id quod in tali re solet, alii  
portenta atque prodigia nunciabant, alii *conventus*  
*fieri, arma portari, Capuae atque in Apulia servile  
bellum moveri* 5). Igitur 6) Senati decreto Q. Mar-

1) Sc. intra et extra urbem.

2) Per amicos et clientes. nullo publico auxilio adiutus.

3) Al. nullius.

4) Vulg. inserunt: a Quinto Fabio; quod ex Marti-  
niano cod. primus infans Popma.

5) Servos ad bellum concitari.

6) Cor. post Ciaccon. ubique hunc antiquum genit. rosen-  
bit pro Senatus, auctore Nonio VIII, 10. cf. Quatil.  
l. 6, 27. et sic ipse Cic., declinante traditor.



22. Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies: ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnes tristitia invaserit. fessinare, trepidare, neque loco, nec homine.

cius Rex 1) Fæsulas, Q. Metellus Ceticus in Apuliam circumque loca missi (ii utrique ad urbem Imperatores erant; impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum 2), quibus omnia honesta atque inhonestia vendere mos erat); sed Prætores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: iisque permisum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent. ad hoc 3) decrevere, si quis indicarisset de coniuratione, quæ contra rempublicam facta erat, præmium servo libertatem et festertia centum 4), libero impunitatem eius rei et festertia ducenta: itemque uti gladiatoriae familiæ 5) Capuam et in cetera municipia distribuerentur, pro cuiusque opibus: Romæ per totam urbem vigiliae haberentur, hisque minores magistratus præcessent.

31. Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies: ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnes tristitia invaserit. fessinare, trepidare, neque loco, nec homine.

1) Rex cognomen gentis Marciae cf. Cic. ad Herenn. III, 33.

2) Sueton. Cæs. 6. Neque igitur nota regem luctorum, quod tult Guido Ferrarius ad h. I.

3) Malitiose et falso obliuientium, eos triumpham non meruisse.

3) Verbum hoc in vulg. desideratur, sed possi præmijus L. profi itemque additur. Nos illud in æquiori loco reponimus. Cortius id ubique expungi volens non consulit orationi.

4) Septuaginta mille septuaginta s. 250 denarii. Centum et quinque, efficiunt 25000 seu atlos s. ducatores, et coronatus s. philippes.

5) Quæ a lanifis aleratur.



ni cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere; suo quisque metu pericula metiri. ad hoc mulieres, quibus reipublicæ magnitudine, belli timor insolitus 1), afflictare sese, manus supplices ad cœlum tendere; miserari parvos liberos; rogata, omnia pavere; superbia atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat: tametsi præsidia parabantur, et ipse lege Plautia 2) interrogatus erat ab L. Paullo. Postremo dissimulandi causa 3) et quasi sui expurgandi, sicuti iурio 4) lacestitus foret, in Senatum venit. Tum M. Tullius Consul, sive præsentiam eius timens, seu ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem reipublicæ, quam poësia scriptam edidit. Sed ubi ille adfedit, Catilina ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demissò volitu, voce supplici, postulare 5), Patres Conscripti ne quid de se temere crederent: eu familia orum, ita

1) Vulg. additur 'In oeffera', quod a liberiis ingestum est

2) Qua tenebantur qui adversus rempubl. coniurassent, insidias senatui fecissent, magistratibus vim attulissent, qui cum tolos fuissent in publico liceat denique iuri. aperte i. per vim calteri vim intulerant; cf. Sig. de Iudicio II; 33.

3) Sic Aldina, Crispinus aliquet: Alii et scripti rediit aut sui, aliis est sui. Gruterus eiusque sequaces dicit ut sui. Cortius lectionem Aldinam dissimulans fecit atque sui, & inquit: dissimulans hic ergo non est, sed aliis (a

4) Leniori hōe vocabulo interrogacionem illam notat. V

5) Aldina etc. postulare a platribus oepite Nostrum coniecit Gruterus firmatque Cortius. Bini eius Codd. agnoscunt Patres et caput male tortum videtur ex scribendi nota P. C. ita ut C. in illud vertatur.



*ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne aestuarent, sibi, patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plenam Romanam essent, perdita Republica opus esse, quum eam servaret M. Tullius, inquiline 1) civis urbis Romæ. Ad hoc maledicta alia quum adderet; obstrepare omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus, quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis praeceps agor, incendium meum 32 ruina restinguam 2). Dein se ex curia domum propinquuit, ibi multa secum ipse volvens, quod neque insidiæ Consuli procedebant, et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optimum 3) factum credens, exercitum augere, ac prius quam legiones scriberentur, 4) antecapere, quae bello usui forent; nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo, ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmare, infidias consuli maturent, caedem, incendia, aliaque bel.*

1) Inquil. proprio est qui in alieno habitat l. peregrinum s. novum hominem notat. Irridentis fuit, se dicere patricium hominem, illum inq. civem. Verba urbis Romæ merito suspecta Grutero; Cortio etiam civis peregrinum videtur.

2) Cic. pro Mur. 25. id responsum Catoni a Catilina dicit; Val. Max. IX, c. 11. n. 3. Ciceroni. Incendium meum est l. a me l. in me excitatum.

3) Al. factu.

4) Codd. alii multa (al. multo) antec. utrumque illatum censet Cortius.



*belli facinora parent: sepe propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero i) ad Marcium Regem mittit, cum mandatis huiuscmodi:*

*Deos hominesque testamur, Imperator, non armata neque contra patriam cepisse, neque quo periculum 2) aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent; qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate foeneratorum plerique 3) patriae, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. neque cuiquam nostrum licuit, more maiorum, lege uti; neque amissio patrimonio, liberum corpus habere: tanta saevitia foeneratorum atque Praetori's suit. Saepe majoros 4) vestrum, miscriti plebis Romanæ, decretis suis inopiae opitulati sunt 5): ac novissime memoria nostra, propter magnitudinem aeris alieni, violentibus omnibus bonis, argumentum acre 6) solutum est. Saepe ipsa plebes, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratum, armata a pa-*

1) Vulg. legatos ad Q. Marc. R. mittit. Sed legatos abest in quibusdam Codd. et prænomen in nullo visum Guilio et Cortio ideo hic illa omisit.

2) Sic sese omnes Codd. Unicus Remensis alieui; unicus Guelf. 3. homini; quod Cortius rescripsit pro aliis.

3) Al. patria. Sed illud et Codd. melioribus nititur, et arredit Cortio ob elegantem casuum varietatem.

4) Iam Gellius XX, 6. extr. in pterisque exempl. Sallustii vocem hanc corruptam suisse in Verri refert.

5) Diminuto scenore per tribunorum rogationem.

6) Argentum (h. e. denarius s. leptonius) solutum est iure (h. e. aste), quarta parte denarii, ita ut pro omni debito quadrans solveretur.



tribus secessit. At nos non imperium, neque di-  
vitias petimus, quarum rerum causa bella atque  
certamina omnia inter mortales sunt; sed libertatem,  
quam nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit.  
Te atque Senatum obtestamur, consulatis miseris  
civibus; legis praefidum, quod iniquitas Praetoris  
eripuit, restituatis; neve eam necessitudinem impona-  
tis, ut quaeramus, quoniam modo, ulti maxume san-  
guinem nostrum, percamus.

34 Ad hæc Q. Marcius: Si quid ab Senatu petere  
vellent, ab armis discedant, Romam supplices profi-  
ciscantur: ea mansuetudine atque misericordia Sena-  
tum Populumque Romanum semper fuisse, ut nemo  
unquam ab eo frustra auxilium petiverit. At Catilina  
ex itinere plerisque Consularibus, præterea optumo  
cuique, literas mittit: Sc falsis criminibus circumven-  
tum, quoniam factioni inimicorum resistere nequivet,  
fortunae cedere, Massiliam in exilium profici: non  
quo sibi tanti sceleris conscientia esset; sed uti res-  
publica quieta foret, neve ex sua contentione seditio  
oriretur. Ab his longe diversas literas Q. Catulus  
in Senatu recitavit, quas sibi nomine Catilinæ red-  
ditas dicebat. earum exemplum infra scriptum:

35 L. Catilina Q. Catulo S. Egrecgia tua fides recog-  
nitæ 1) gratam in magnis periculis fiduciam commen-  
dationi meae tribuit. Quamobrem defensionem in novo  
consilio non statui parare; satisfactionem 2) ex nulla

1) Sic recedit vulg. grata mihi, magnis in meis p.  
Cortius, cuius rationes vide apud ipsum.

2) i. e. excusationem. Supple vero, sed satisf. Sæpe  
enim sed omittitur.

conscientia de culpa proponere decrevi, quam me Dius  
fidius 1) veram licet cognoscas 2). In iuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris industriaeque  
meae privatus, statum dignitatis non obtinebam,  
publicam misericordum causam, pro mea consuetudine,  
suscepi: non quin aes alienum meis nominibus ex  
possessionibus solvere possem; cum alienis nominibus  
liberalitas Orestillae 3) suis filiacque copiis persolve-  
ret: sed quod non dignos homines 4) honore honestatos  
videbam, meque falsa suspicione alienatum 5) sentie-  
bam. Hoc nomine satis honestas pro meo casu 6) spes  
reliquae dignitatis conservandae sum sequutus. Plura  
quum scribere vellem, nunciatum est, vim mihi pa-  
rari. Nunc Orestillam 7) commendo tuaque fidei tra-  
do. eam ab iniuria defendas, per liberos tuos roga-  
tus, haveto.

## C 2

1) Adverb. a Graeco ortum, (oro per Dium fidium, uti  
apud Plaut. Asin. I. 1, 8.) h. c. per Deum fidei, Iovem,  
filiumve eius Herculem.

2) Seu, recognoscas velim.

3) Plenius nomen Aurolim Orest. est in paucis, non  
melioribus libris.

4) Ciceronem iunuit ut novum hominem.

5) s. repulsum ab honore Cons.

6) Casum dicit repulsum illam et generatim adversam habi sor-  
tunam.

7) Voculam tibi, quod absit in pluribus, recidit Cætius.

Atque verbum commendare etiam absolute dici, pre-  
sertim in re desperata, constat ex Cæs. de B. C. II, 41.  
extr.



36 Sed ipse paucos dies commoratus apud C. Flaminium Flammam in agro 1) Arretino, vicinitatem, antea sollicitatam, armis exornat, cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta, Senatus Catilinam et Manlium hostes iudicat; ceteræ multitudini diem statuit, ante quam sine fraude 2) liceret, ab armis discedere, præter rerum capitalium 3) condemnatis. præterea decernit, uti Consules 4) dilectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam persequi matureret; Cicero Urbi præsidio sit. Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo maxime miserabile visum est. cui quum ad occasum ab ortu Solis omnia, dormita armis, 5) parerent; domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent: fuere tamen cives, qui seque remque publicam obstinati animis perditum irent. namque duobus Senati decretis, ex ianta multitudine neque præmio inductus coniurationem patefecerat, neque ex castris Catilinæ quis-

1) Vulg. Reatino. Oppidum Reate in Sabiis hodie Rieti.

Sed cum contenderit via Aurelia ad Manlium, seque Massiliam proficisci dictaverit, res ius est, quod ex aliis Codd. et ed. ret. rescripsit Corte. Arretium antiquum Etrurie oppidum.

2) h. e. impune.

3) Nonnulli codd. condemnatos, ex liberiorum imperiis, qui non viderunt, condemnatis dandi casu ab licet pendere, et præter adverbialiter postulum esse pro præterquam.

4) Vulg. delectum. Sed promiscue scribi, vii docti dum monuere.

5) Cort. patarent.



quam omnium discesserat. tanta vis morbi, i) uti tabes, plerosque civium animos invaserat. Neque solum illis aliena mens erat, qui consciī coniuratio-  
nis 2) fuerant; sed omnino cuncta plebes novarum re-  
rum studio Catilinæ incepta probabat. Id adeo more  
suo videbatur facere. nam semper in civitate, quis-  
op̄es nullæ sunt, bonis 3) invident, malos extollunt;  
vetera odere, nova exoptant; odio suarum rerum  
mutari omnia student; turba atque seditionibus sine  
cura 4) aluntur, quoniam egestas, scile habetur sine  
damno. Sed urbana plebes, eā vero præceps ie-  
rat 5) multis de causis. primum omnium, qui ubi-  
que probro atque petulantia maxime præstabant;  
item alii, per dedecora patrimoniis amissis; postre-  
mo omnes, quos flagitium aut facinus domo expu-  
lerat; ii Romam, sicuti in sentinam, confluxerant.  
deinde multi memores Sullanæ victoriæ, quod ex  
gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita  
divites, uti regio victu atque cultu ætatem agerent,  
sibi quisque 6), si in armis forent, ex victoria talia

1) Vulg. atque uti. Sed abest a 5. Codd. quos Grut. et  
Wass. memorant, copula; itemque ab edit. Gymnici Co-  
lon. 1536. Omittimus igitur cum Cort.

2) Cort. frustra omittit fuerant.

3) h. e. ditionibus, qui honore et opibus fortunati sunt, eoque  
boni habentur. Mali sunt inopes; humiles.

4) Scil. rerum suarum, ut nihil habentes et de rapto viventes.

5) In Catilinæ partes.

6) Cort. ex duobus MSS. forent. Sperabant induxi  
pro foret, sperabat. Sed et alii lectionem Aldinam,  
pridem damnatam a melioribus MSS. et edd. priscis, reti-  
nent: si victoria in armis foret, talia sperabat.

*\* queis, v̄ q̄ribus.*



sperabant. præterea iuventus, quæ in agris, manuum mercede, inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingratu labori prætulerat; eos atque alios omnes malum publicum alebat; quo minus mirandum, homines egenes, malis moribus, maxima spe, rei publicæ iuxta ac sibi consuluisset. præterea quorum, victoria Sullæ, parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum erat 1), haud sane alio animo belli eventum expectabant. ad hoc, quicunque aliarum atque Senati partium erant, conturbari rempublicam, quam minus valere ipsi malebant. id adeo

38*rum* multos post annos in civitatem reverterat. Nam posicuam Cn. Pompeio et M. Crasso Consulibus tribunicia potestas restituta est 2); homines adolescentes sumnam potestatem 3) nacti, quibus ætas animusque ferox 4) erat, cœpere, Senatum criminando, plebem exagitare; dein largiundo atque pollicitando magis incendere; ita ipsi clari potentesque fieri. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas, Senati specie, pro sua magnitudine. Namque, uti paucis 5) verūm absolvam, per illa tempora quicunque reimpublicam agitavere, honestis nominibus, alii, sicuti

1) Scil. ademto iure, horores pesendi.


2) cf. Vellei. II, 30. Cæsar B. C. I. 5. et 8.

3) h. e. tribunitiam. Sed Gruterus trajecta suspicatur verba, sum. pot. nacti, melius mox locanda ante cœpere.

Cortius vero eadem a glossatore profecta putat; quod nobis non videtur.

4) Cort. omisit. erat: melius forsitan, quod et Wassius censuit, omisisset cœpere, quod in MSS. locum mutat.

5) Cort: more suo delet verum.



populi iura defenserent, pars, quo Senati auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant, neque modestia, neque modus contentionis erat: utrique victoriam crudeliter exercebant. Sed postquam Cn. Pompeius ad 39 bellum maritimum atque Mithridaticum missus est; plebis opes imminutæ, paucorum potentia crevit. hi magistratus, provincias, alia omnia, tenere: ipsi innoxii 1), florentes, sine metu ætatem agere, ceteros iudiciis 2) terrere, quo plebem in magistratu 3) placidius tractarent. Sed ubi primum dubiis rebus 4) novandi spes oblata, vetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset: profecto magna clades atque calamitas Rempublicam oppressisset: neque illici, qui victoriam adepti 5) forent, diutiū ea utilicuisset; quin defessis et exsanguibus; qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret. 6) Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt. in his A. Fulvius, senato-

1) Innoxii (scil. à periculis) passim sumitur.

2) Accusationibus, et iudicij damnatorii periculis.

3) Quum tribunatum gererent.

4) Vulg. novandis. Nostrum voluit Grut. et Waffius in duobus codd. invenit.

5) Cor. male delet forent, quod Grutero displicebat.

6) Grutero odiosa est constructio: Fuere qui profecti sunt. Forendā vero est, uti infra c. 52, in orat. Catonis media; Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere. Scil. differunt hæc ab illo: Sunt, qui dicant etc. Tæ fuere additur, h. l. peculiariter extra coni. compl. et alia.



ris filius: quem retractum ex itinere parens necari iussit. Isdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quo scumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat; neque solum cives, sed cuiusque modi 40 genus hominum, quod modo 1) usui foret. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum: requirat, eosque; si possit, impellat ad societatem belli: exiliu mans publice privatimque ære oppressos; præterea, quod natura gens Gallica bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus 2) civitatum notus, atque eos noverat. itaque sine mora, ubi primum legatos in foro conspexit, percontatus, pauca de statu civitatis, et quasi dolens eius casum, requirere cœpit, quem exitum tantis malis sperarent? Postquam illos videt queri de avaritia magistratum, accusare Senatum, quod in eo auxilii nihil esset; miseriis suis remedium mortem exspectare: *At ego, inquit, vobis, si modo viri esse voltis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiat.* Hæc ubi dixit, Allobroges in maximum spem adducti Umbrenum orare, uti sui miseretur: nihil tam alperum, neque tam difficile esse, 3) quin cupi-

1) Codd. variant: bello, usui foret l. us. bello f. l. us. for. bello. vocem igitur subdititiam delemus. Neque enim qui fortuna novis rebus idonei sunt, omnes bello usui.

2) Sic Grut. ex melioribus MSS. pro vulg. civitatum, quod Cortius frustra expungit.

3) Vulg. quod non cup. Sed Rivius ex Cod. Venet. protulit quin, quod Grut. Pareus, Wasse et Cort. fecuti.

dissimile facturi essent, dum ea res civitatem aere alieno liberaret. Ille eos in domum D. Brutii perducit; quod foro propinqua erat, neque aliena consilii, propter Semproniam: nam tum Brutus 1) ab Roma aberat. præterea Gabinium arcessit, quo maior auctoritas sermoni inesset: eo præsente coniurationem aperit: nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios 2); quo legatis animus amplior esset: dein eos, pollicitos operam suam, 3) dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam 4) consilii caperent. in altera parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriae: at in altera maiores opes 4), tuta consilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna Reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium coniurationis vehementer simulent; ceteros adéant, bene policeantur; dentque operam, uti eos quam maxime manifestos habeant. Iisdem fere temporib[us] 5) in Gallia citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. namque illi, quos antea Catilina dimiserat, inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agere nocturnis consilijs, armorum atque telorum portationibus, festinan-

1) Prisc. hoc exemplo usus, ut adfixueret, Urbinum nominibus saepe, maxime ab historiis, addi præpos.

2) h. e. coniurationis inscios.

3) Vulg. domum (quod in quibusdam Codic. abet) di m.

4) Scil. reip. Rom,



do, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor, ex Senati consulto causa cognita, in vincula coniecerat; item in 1) ulteriore Gallia C. 43 Murena, qui ei provinciæ legatus præerat. At Romæ, Lentulus, cum ceteris, qui principes coniurationis erant, paratis, ut videbantur, magnis copiis, constituerunt, uti, 2). Catilina in agrum Fæsulanum quum venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habita, queretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optumo Consuli imponeret; eo signo, proxima nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequerentur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur: Statilius et Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilius aditus ad Consulem, ceteros, quibus insidiæ parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis ianuam ob sideret, eum vi aggredieretur, aliis autem alium; filii familiaqum, quorum ex nobilitate maxima pars, parentes interficerent; simul, cæde et incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos dubitando, et dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere; facto, non consulto 3), in tali periculo opus esse: seque, si pauci adiuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox,

1) Vulg. citeriore; male.

2) Sic. Cort. vulg. cum Catil. in agro F. cum exercitu ven. rebte recidit.

3) An consultu h. e. consultando, tractando, consilia.

vehemens, 1) manū promptus, maxumū in bonū in-  
celeritate putabat. Sed Allobroges ex præcepto: Ci- 44  
ceronis per Gabinium ceteros conveniunt: ab Len-  
tulo, Cethego, Statio; item Cassio possulant iusiu-  
randū, quod signatum ad cives perferant: aliter  
haud facile eos ad tantum negotium impelli posse.  
Ceteri nihil suspicantes dant: Cassius semet eo brevi-  
venturū pollicetur, ac paulo ante legatos ex Urbe  
prosifticitur. Lentulus cum his T. Volturciū quem-  
dam Crotoniensem mittit; uti Allobroges prius, quam  
domum pergerent, cum Catilina, data et accepta  
side, societatem confirmarent. ipse Volturcio literas  
ad Catilinam dat, quarum exemplum infra scrip-  
tum 2):

*Quis sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac  
cogites, in quanta calamitate sis; et memineris te vi-  
rum; consideres, quid tuae rationes postulent; auxil-  
lium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

Ad hoc mandata verbis dat: Quum ab Senatu  
hostis iudicatus sit, quo consilio servitū repudiet? in  
urbe parata esse, quae iussit: ne cunctetur ipse pro-  
pius accedere.

His rebus ita actis, constituta nocte, qua pro- 45  
fiscerentur, Cicero per legatos cuncta edocuit,  
L. Valerio Flacco et Pomino Prætoribus imperat,  
uti in ponte 3) Mulvio per insidias Allobrogum co-  
mitatus deprehendant: rem omnem aperit, cuius

1) Vulg. m. promptus erat: maxum.

2) Aliis verbis relatum legas ap. Cic. in Catil. III, 15.

3) Ita Putsch. rescribit pro vulg. Milvio, quod tamen fre-  
quentius est. hodie Ponte molle.



gratia mittebatur: cetera, uti factō opus sit, ita agant 1). Homines militares sine tumultu praefidiis collocatis, sicuti praeceptum erat, occulite pontem obsidunt 2). Postquam ad id loci legati cum Volturcio venere, et simul utrumque clamor exortus est; Galli, 3) cognito consilio, sine mora Praetoribus se tradunt. Volturcius primo, cohortatus ceteros, gladio se a multitudine defendit; dein, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomtinum obtutus, quod ei notus erat; postremo timidius, ac vitæ diffidens, veluti hostibus, sese 4) Praetoribus dedit. Quibus rebus confeditis omnia propere per nuntios Consuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. nam lætabatur, coniuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse: porro autem anxius erat, in maximo scelere tantis civibus deprehensis, - quid facto opus esset; poenam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reipublicæ 4) fore. Igitur confirmato ani-

1) Gruter, ex MMS. ita agant: permittit illis h.

Cort. delet illis et permittit prioribus conjungit.

Nobis glossema videtur, et aliis, ut Putschio, melius omittitur.

2) h. e. obsecnum eunt; et sic Cort. pro vulg. obfident.

3) Vulg. cito cog. Sed abea a quibusd. MSS. et a Putschio recte deletur.

4) Casus III (non II cui subesse putant causam) pendet a fore uti illud oneri. Sic solenne est gloria, præfido, detimento etc. esse. Mox vulg. erat fore credebat. Palmer. Grut. alii recte supervacuum censuerant credebat, quod ab interprete additum. Tene-  
re autem Cortius hoc retinuit et expunxit fore.



mo, vocari ad se iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, item Q. Cœparium quemdam Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat. Ceteri sine mora veniunt: Cœparius paulo ante domo egressus, cognito indicio, ex Urbe perfugerat. Consul Lentuluni, quod Prætor erat; ipse manu tenens 1) perducit; reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet. Eo Senatum advocat, magna frequentia eius ordinis, Volturcum cum legatis introducit: Flaccum Prætorem scrinium 2) cum literis, quas a legatis accep-  
rat, eodem adferre iubet. Volturcius interrogatus 47  
de itinere, de literis, postremo quid, aut qua de causa consilii habuisset? primo fingere alia, dissimulare de coniuratione; post ubi fide publica 3) dicere jussus est, omnia, uti gesta erant aperit: se paucis ante diebus a Gabinio et Cœpario socium adscitum, nihil amplius scire, quam legatos: tantummodo audi-  
re solitum ex Gabinio, P. Autronium, Servium Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in ea coniuratione esse. Eadem Galli fatentur 4), ac Lentulum dissimulanten coargunt, præter literas, sermonibus, quos 5) habere solitus: *ex libris Sibyllinis*

1) Vulg. in Senatum p'rd. Sed abest a MSS. aliquot et add. in Senatum, hinc Cort. delet. Perduxit enim in sed. Concordiæ, quo reliquos venire iufferat, et Senatum vocabat.

2) h. l. capsula servandis gerendis chartis s. theca epistolaris.

3) Quam dabant consul, iubente Senatus et populo.

4) Al. at.

5) Vulg. contaminare illo habere solitus era t.



1) regnum Romæ tribus Cornelii portendi; Cinnam atque Sullam antea, se tertium, cui fatum foret, urbis potiri; praeterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. Igitur per leatis literis, quum prius omnes signa sua cognovissent; Senatus decernit, uti abdicatus 2) magistratu Lentulus, item ceteri in liberis 3) custodiis haberentur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum Aedilis, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Cœparius (nam is paulo ante ex fuga retractus) Co. Terentio Senatori traduntur. Interea plebes coniuratione patefacta, quæ primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutata mente, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere; veluti ex servitute erupta gaudium atque lætitiam agitabat. namque alia belli facinora prædæ magis, quam detimento fore; incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat, quippe cui omnes copiæ in usu quotidiano & cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad Senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant. Is quum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset; iussus a

1) Quos in rebus arduis Romani per II viros modo, modo X viros, tandem XV viros consulebant, quia fata Romani imperii communi opinione continebant. Cor. t.

2) Al. abdicato.

3) Scilicet rei illustriores Consulibus, Prætoribus, Aedilibus, aut Senatori tradebantur, custodiendi vel fideiussoribus committebantur.

Consule, quæ sciret, edicere, eadem fere, quæ Vol-  
turcius, de paratis incendiis, de cæde honorum, de  
itinere hostium Senatum edocet: præterea se missum  
a M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne Lentulus,  
Cethegus, alii ex coniuratione deprehensi, terrorent:  
eoque magis properaret ad Urbem accedere, quo  
ceterorum animos resiceret, & illi facilius e pericu-  
lo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nomi-  
navit, hominem nobilem, maxumis divitiis, summa  
potentia; alii, rem incredibilem rati; pars tametsi  
verum existimabant, tamen quia in tali tempore  
tanta vis hominis leniunda 1) magis, quam exagitanda  
videbatur; plerique Crasso ex negotiis privatis, ob-  
noxii, conclamant, indicem falsum, deque ea re po-  
stulant, uti reseratur. Itaque, consulente Cicerone,  
frequens Senatus decernit: *Tranquinii indicium fal-  
sum videri, eumque in vinculis retinendum; neque  
amplius potestatem faciundam, nisi de eo indicuret,  
cujus consilio tantum rem mentitus esset.* Erant eo  
tempore, qui aestimarent, 2) illud a P. Autonio ma-  
chinatum, quo facilius, appellato Crasso, per so-  
cietatem periculi reliquos illius potentia tegeret.  
alii Tarquinium a Cicerone immisum aiebant, ne  
Crassus, more suo, suscepito malorum patrocinio  
Rempublicam conturbaret. ipsum Crassum ego po-  
stea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam

1) Cortius b. l. magis omittit, quod initio cap. tu-  
lerat.

2) Al. indicium illud. Sed b. l. indicium bene ele-  
cit Cort.




49 sibi ab Cicerone impositam. Sed iisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque gratia, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere potuere, ut per Allobroges, aut alium indicem C. Cæsar falso nominaretur. nam uterque cum illo graves inimicitias exercebat. Piso oppugnatus 1) in judicio repetundarum, propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum: Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo 2) Cæsare victus discesserat. res autem opportuna videbatur; quod privatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed ubi Consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singulatim circumdeundo, atque ementiundo, quæ se ex Volturcio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conlaverant; usque eo, ut nonnulli equites Romani, qui præsidii causa cum telis erant circum 3) ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi 4) nobilitate impulsi, quo studium suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur. Dum hæc in Senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum et Tito Volturcio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur: liber.

1) Sed a Cæsare.

2) Si compararis ad ætatem Catuli. Cæsar iam tum circa XXXV annos natus erat. Sæpe vero vii iuvenes haec ætate Latinis dicuntur adolescentes; scil. comparativos.

3) Cor. extrusit a edem, uno cod. Mersburg præunte.

4) h. l. ferocia, magnanimitate. al. m. c. bilitate. Nostrum Grut. Cor.



liberti, et pauci ex clientibus Lentuli; diversis itineribus opifices atque servitia in vicis ad eum terripientum sollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum 1), qui pretio rempublicam vexare soliti. Cethagus autem per nuncios familiam atque libertos suos, 2) lectos et exercitatos in audaciam orabat, 3) grege facto, cum telis ad se irrumperent. Consul ubi ea parari cognovit, dispositis praefidiis, uti res atque tempus monebat, convocato Senatu refert, quid de his fieri placeat, qui in custodiam traditi erant. Sed eos paulo ante frequens Senatus judicaverat contra rempublicam fecisse 4). Tum D. Iunius Silanus, primus sententiam rogatus, quod e tempore Consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat. Isque postea permotus oratione C. Cæsaris, pedibus 5) in sententiam Tib. Neronis

1) s. gregum ex officiis nebulaonibus constantium. Rarior est pluralis in hac voce.

2) Comit. tomisi lectos h. S. ex causa, etiam iudice Hollingero non probabili.

3) Vulg. ut grege.

4) i. e. perduelles esse. Romani moris fuit, ut civis ante ci-vium exceptus numero, patriæ hostis pronuntiaretur, quam capitale de eo supplicium summi potuerit.

5) Assensus siebat 1) verbis, vel pluribus, ita ut pauca adderent, vel unico Assento. 2) nutu et sublata manu.

3) demum pedibus: hoc est ubi sententiae diversæ erant, discussio fiebat; ut cui quisque sententia favoreret, illi parti accederet. Certe.



iturum se dixerat, quod de ea re, præsidiis additis referendum 1) censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eum ventum 2) (rogatus sententiam a Consule) huiuscmodi verba locutus est.

51 *Omnis homines, Patres conscripti qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt: neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit. Ubi intenderis ingenium 3), valet 4): si lubido possidet, ea dominatur; animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, P. C. qui reges atque populi, ira aut misericordia impulsi, male consulerint: sed ea malo dicere, quae maiores nostri, contra lubidinem animi, recte atque ordine fecero. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas magna atque magnifica, quae populi Romani opibus creverat, infida atque adversa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodiis consultum est; maiores nostri, ne quis divitiarum magis, quam iniuriae causa bellum inceptum diceret, impunitos dimisere. item bellis Pu-*

### verte acce fragina

1) h. e. non oportere ante ad Senatum referri, quam resp. præsidiis munita esset, quibus tutus Sebatus, quæ vellet, decernere auderet. cf. Cæsar de B. G. I, 11.

2) Vel priora verba ubi a. e. v. est, vel quæ sequuntur. rog. sent. a col. otiosa sunt atque videntur ingesta a libariis. Malimus sequentia pro glossemate habere, ut varietas sit; cum dein, cap. 52 dicatur: att. Catō, rogatus sententiam, huiuscmodi orationem habuit.

3) Int. in verum.

4) Int. animus, aut recte decernat, neque ex lubidine.



nicis omnibus, quam saepe Carthaginenses, et in pace, et per inducias, multa nefaria facinora fecissent; nunquam ipsi per occasionem talia fecere; 1) magis quid se dignum foret, quam quid in 2) illos jure fieri posset, quaerebant. Hoc, idem 3) vobis providendum est, Patres conscripti, ne plus valeat apud vos. P. Lentuli et ceterorum scelus, quam vestra dignitas; neu magis irae, quam famae consulatis. Nam si digna poena pro factis eorum reperitur, novum consilium approbo: sin magnitudo sceleris omnium, ingenia exsuperat; iis utendum censeo, quae legibus comparata sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite atque magnifice casum reipublicae miserati sunt: quae belli saevitia 4), quae victis acciderent, enumeravere: rapi virgines, pueros; divelli liberos a parentium complexu; matres familiarum pati, quae victoribus collibuerint; fana atque domos expoliari; caedem, incendia fieri; postremo armis, cadaveribus, cruento atque luctu omnia completri. Sed per Deos immortales, quo illa oratio partinuit? an, uti vos infestos coniurationi faceret? scilicet quem res tanta atque tam atroc non permovit, cum oratio accendet. Non ita est: nequo cuiquam

## D 12

- 1) Supple, quod brevitate eleganter dimittit; sed dicitur
- 2) Corriso accidet illis.
- 3) Corriso male sustulerit vobis.
- 4) Vulg. addunt esset. Id ob varietatem Codd. delet. Correto, nos accedimus, ita ut saevitia habeatur causus sextus, hoc sensu: quae per belli civilis saevitiam; et hinc illo, victoriae iure; victis acciderent.



mortalium iniuria*e* frāe parvæ videntur, multi eas  
gravius aequo habuere. Sed aliis alia licentia, Pa-  
tres conscripti. qui demissi in obscuro vitam 1) ha-  
bent, si quid iracundia deliquerunt pauci sciunt; fama  
atque fortuna 2) pares sunt: qui magno imperio  
praediti in excelso ueritatem agunt, eorum facta cunc-  
ti mortales novere. Ita in maxima fortuna, minu-  
ma licentia est: neque studere, neque odisse, sed mi-  
nume irasci decet. quae apud alios iracundia dicitur,  
3) ea in imperio superbia atque crudelitas appella-  
tur. Evidem ego sic 4) aestimo, Patres conscripti,  
omnes cruciatus minores, quam facinora illorum esse.  
sed plerique mortales postrema meminere; et in ho-  
minibus inpiis sceleris 5) obliti, de poena differunt,  
si ea paulo severior fuit. D. Silanum virum fortem  
atque strenuum, certe scio, quae dixerit, studio rei-  
publicae dixisse, neque illum in tanta re gratiam,  
aut inimicitias exercere. eos mores, eam modestiam  
viri cognovi. Verum sententia eius non mihi crude-  
lis erat, (quid enim in tales homines crudele fieri  
potest?) sed aliena a re publica nostra videtur. Nam

1) Ali agunt. Nostrum vidit Grut. in melioribus et Wal.  
sius duobus, rec. Cor te. Nunc accedimus, quod qui mox  
aetatem agere dicuntur, actuosi sunt; qui vita humili  
et obscura vivunt, eam pariuntur.

2) Vulg. additur eorum, quod a bonis Codd. abest; et ma-  
gis abesse debet, si fama, fortuna in casu certo ha-  
bentur.

3) Cor. delet ea.

4) Ali existim o.

5) Cor. recte dederit eorum post sceleris.



projecto aut metus, aut iniuria 1) te subegit, Silanę, Consulum designatum, genus poenae novum decernere. De timore supervacuum est differere; quum 2) praesenti diligentia clarissimi viri Consulis tanta praefidia sint in armis. de poena 3) possumus equidem dicere id, quod res habet: in luctu atque miseris mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultra neque curae neque gaudio locum esse. Sed per deos immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? an quia 4) lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis civibus animam non cripī, 5) sed exsiliūm permitit iubent. An quia gravius est verberari, quam necari? quid autem acerbum, aut grave nimis in homines tanti facinoris convictos? Sin, quia levius; qui convenit, in minore negotio legem timere, quum eam in maiore neglexeris? At enim 6) quis reprehendet, quod in parricidas reipublicæ decrotum erit? 7) tempus, dies,

1) Sceleris, gravissime scil. vindicandi.

2) Sic Putschius recte edidit ex MS. pro praesertim.

3) Sic bene Corte ex Codd. Grut. suisque rescribit pro vulg. possūm.

4) Hanc legem tulit P. Porcius Laeca A. U. 454 et virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit. Liv. X. 9.

5) Cort. in exilium; male. Sic Tac. Ann. XI, 3 librum ei mortis arbitrium permittit. et sic mox p. 63. l. 12.

6) At enim inservit obiectioni, cui statim respondetur.

7) Responsum: reprehendant s. seram poenitentiam offerre possunt tempus, iras lenitum, dies, que diem docet et saepe poenitentiam seram assert.



fortuna, cuius luctu gentibus moderatur. Illis merito accidet, quidquid erenerit: ceterum vos, Patres conscripti, quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis 1) orta sunt: sed ubi imperium ad igneros 2) aut minus bonos pervenit; novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedaemonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primo coepere pessimum quemque et omnibus invisum indemnatum necare: ea populus laetari et merito dicere fieri. post ubi paulatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinoso interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas servitute oppressa, stultae latitiae graves poenas dedit. Nostra memoria, victor Sulla quem Damasippum 3) et alios huiusmodi, qui malo reipublicae creverant, iugulari iussit; quis non factum eius laudabat? homines soclestos, factiosos, qui seditionibus rempublicam exagaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magna initium cladis fuit, nam uti quisque domum, aut villam, postremo aut vas, aut vestimentum alicuius concupiverat, dabat operam, ut in proscriptorum numero

1) h. e. exemplis. Alid in a post bonis inservit habet initia, quod alii sequuntur. Grut. Wasse dedere quidem ex rebus domesticis orta sunt. Alii Codd. ex rebus bonis. Nobis placet, quod et Grut. Was. sius et Corte invenerunt probansque.

2) Alii addunt cives, quod Riv. Carrio et Grut. Codd. suorum auctoritate pridem expunxerent.

3) Hominem nullius pretii, qui Marli partes secutus ad huius numrum quovis interficerat.



effect. Ita quibus Damasi mors laetitiae fuerat, post paulo ipse trahebantur: 1) neque prius finis iuglandi fuit, quam Sulla omnes suos divitiis explevit. Atque ego haec non in M. Tullio, neque his temporibus vereor; sed in magna civitate multa et varia ingenia sunt. Potest alio tempore, alio Consule, cui item exercitus 2) in manu sit, falsum aliquid pro vero credi: ubi hoc exemplo, per Senati decretum, Consul gladium eduxerit; quis finem statuet, aut qui's moderabitur? Maioros nostri, 3) neque consilii, neque audaciae umquam reguere: neque superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba 4) imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratum ab Tuscis pleraque sumserunt: postremo quod ubique apud socios, aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequabantur: imitari quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Græciae morem imitati, vorberibus animadvertebant in civos, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam respublica adolevit et multitadine civium factiones valuerent; 5) circumveniri innocentes, alia huiuscmodi fieri coopereretur lex Porcia aliisque paratae, quibus legibus ex-

1) Sc. ad supplicium. Rei protrahebantur in medium virgis caedebantur, secuti denique percutiebantur.

2) Cott. pro suo more praesert in manus, delataque sit.

3) Vulgo iudicatum h. l. Patres conscripti, quod a Codd. Erlang. abest, nemoque h. l. desideret.

4) Al. addunt erant, quod est a glossa,

5) Quis cum Cott. praeserat circumvenire, quod est in eodd. multis, nisi auceps syllabarum..



filium damnatis permisum. Hanc ego causam; Patres conscripti, quo minus novum consilium capiamus in primis magnam puto. Profecto virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecerunt, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Piacet igitur, eos dimitti, et augeri exercitum Catilinac? minime. sed ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent: neque quis de his postea ad Senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, Senatum existumare; eum contra rempublicam et salatem omnium facturum.

Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri verbo: 1) aliis alii 2), varie assentiebantur: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, huiuscmodi orationem habuit: 3)

52. Longe mihi alia mens est, Patres conscripti, quum res atque pericula nostra confidero, et quum sententias nonnullorum mecum ipse reputo. Illi mihi differuisse videntur de poena eorum, qui patriae parentibus, aris atque focis suis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis magis. 3), quam quid in 4) illos statuamus, consuliare. nam cetera 5) tum

1) Pauciora dicendo. 2) sive illi, sive ego, sive quis;

3) I. Silianus, I. Neroni, I. Cæsari. 4) sive illi, sive quis;

5) Exemplum a Cœsi. qui deles magis, allatum: securitati ante, quam vindicta consulendum, ipsa non facit.

4) Certe illis male. 5) sive illi, sive quis, sive illi, sive quis;

6) Al. cetera maledicta, al. maleficia, unus mala, quæ e marginie irrepsisse videntur. 3) sive illi, sive quis;



persequare, ubi facta sunt: hoc, nisi provideris, ne accidat; ubi evenit, frustra iudicia implores. capta urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per deos immortales, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quam rempublicam, fecistis: si ista, cuiuscumque modi sint, quae amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium praebere voltis; ex-pergiscimini aliquando, et capessite rempublicam. Non agitur de vectigalibus, non de sociorum iniuriis; libertas et anima nostra in dubio est. Saepenumero, Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci: saepe de luxuria atque avaritia nostrorum civium questus sum; multosque mortales ea causa adversos habeo. qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecisset, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. Sed, ea. tametsi vos parvi pendebatis; tamen respublica firma<sup>1)</sup>, opulentia neglegentiam tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonis, an malis moribus vivamus: neque quantum, aut quam magnificum imperium populi Romani<sup>2)</sup>; sed cuius haec cumque modi<sup>3)</sup>, nostra, an nobiscum una, hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat. iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus; quia bona aliena largiri; liberalitas: malarum rerum audacia fortitudo vocatur. eo respublica in extremo sita. Sint sane, quoniam ita se mores habent. liberales ex sociorum for-

<sup>1)</sup> Codd. inserunt erat; unus fuit, quam inconstantiam Cor. delevit; et pulchre hoc loco omittitur.

<sup>2)</sup> Vulgo addunt fin, quod Cor. sive Codd. abesse iubet.

<sup>3)</sup> Vulg. subdit videntur.



renis, sint misericordes in furibus aerarii; ne 1), sanguinem nostrum largiantur, et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant. Bene et composite C. Caesar paulo ante in hoc ordine de vita et morte differuit; falsa; credo, existumans, quae de inferis memorantur: diverso itinere malos a bonis loca tetra, inculta, foeda atque formidolosa habere 2). Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia 3) habendos; videlicet 4) ne, aut a popularibus coniurationis, aut a multitudine conducta per vim eripiantur. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in Urbe, et non per totam Italiam sint; aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes

1) Aldina et sqq. h. l. ingerunt illi, al. illis. Neutrū admittit Cod. Fabric. ap. Corte. Delemus igitur, quod a glossa sit. Ne h. l. vim habet ne modo.

2) h. e. habitare.

3) Vulgo h. l. inseritur in custodiis; quod cum a vetustissimo MS. Commelin. abesse notet Grut. pro glossemate habendum. Et sane Cato lenius dicere voluit, ut quam anceps sententia Cæsaris sit, ostenderet. Similiter absolute verbo utitur Tac. An. I, 62: Et Marobodus quidem Ravennæ habitus.

4) Videlicet, cum irribone causam subdit. Vulgo additur timens, quod nec Basili. I. nec Guel. II. ap. Cottium agnoscunt; et ipse Cato mox incertam relinquit. Sed et sqq. vulgo glossemate inserta leguntur: ne si Romæ sit, aut a pop. etc. Expungimus verba si. R. s. quæ teſte Grut. a Codd. Nazar. et Commel. pariterque a Guelferb. 5. ap. Corte absunt. Idem suaserat Cottius; sed is etiam videlicet deleri cupiebat, quod retinemus, ne quid de vi orationis detrahamus.



minores. Quare vanum equidem hoc consilium, si periculum ex illis metuit. fin in tanto omnium metu solus non timet 1); eo magis refert, 2) mihi atque vobis timere. Quare quum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinae et de omnibus coniuratis decernere. Quanto vos attentius ea agitis, tanto illis animus infirmior erit. si paululum modo vos languore viderint, iam omnes ferocios aderunt. Nolite existumare, maiores nostros armis rempublicam ex parva magnam focisse. Si ita res esset, multo pulcherrumam eam nos haboremus: quippe sociorum atque civium; praeterea armorum atque equorum, maior nobis copia, quam illis. Sed alia fuere 3), quae illos magnos fecere; quae nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque lupidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam; publice egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias; sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum; omnia virtutis praemia ambitio possidet 4). Neque mirum, ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi voluptatibus, hio pecuniae, aut gratiae servitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam 5) rempublicam. Sed ego haec omitto.


1) Sic oblique suspectum facit Cons. societate consilii, certo terret.

2) Vulgo inservunt me.

3) Sed que fecere, fuere alia.

4) Hinc Cato consulatum non adoptus, quia ambire populo supplicare noluit.

5) Int. defensoribus.



tunis; sint misericordes in furibus aerarii; ne 1), sanguinem nostrum largiantur, et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant. Bene et composite C. Caesar paulo ante in hoc ordine de vita cū morte differuit; falsa; credo, existumans, quae de inferis memorantur: diverso itinere malos: a bonis loca tetra, inculta, foeda atque formidolosa habere 2). Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia 3) habendos; videlicet 4) ne, aut a popularibus coniurationis, aut a multitudine conducta per vim eripiantur. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in Urbe, et non per totam Italiam sint; aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes

1) Aldina et sqq. h. l. ingerunt illi, al. illis. Neutrū admittit Cod. Fabricianus. Corte. Delemus igitur, quod non a glossa sit. Nec h. l. vim habet ne modō.

2) h. e. habitare.

3) Vulgo h. l. inseritur in custodiis; quod cum a vetustissimo MS. Commelin. abesse notet Grut. pro glossemate habendum. Et sane Cato lenius dicere voluit, ut quam anceps sententia Cæsaris sit, ostenderet. Similiter absolute verbo utitur Tac. An. I, 62. Et Marobodus quidem Ravennæ habitus.

4) Videlicet, cum irribione causam subdit. Vulgo additur timens, quod nec Basil. I. nec Guelf. II. ap. Cortium agnoscunt; et ipse Cato mox incertum relinquit. Sed et sqq. vulgo glossemate inserta leguntur; ne si Romæ sint, aut a pop. etc. Expungimus verba si. R. s. quæ teste Grut. a Codd. Nazar. et Commel. pariterque a Guelferb. 5. ap. Corte absunt. Idem suaferat Cortius; sed is etiam videlicet deleri cupiebat, quod retinemus, ne quid de vi orationis detrahamus.

minores. Quare vanum equidem hoc consilium; si periculum ex illis metuit. si in tanto omnium metu solus non timet 1); eo magis refert, 2) mihi atque vobis timere. Quare quum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinae et de omnibus coniuratis decernere. Quanto vos attentius ea agitis, tanto illis animus infirmior erit. si paululum modo vos languore viderint, iam omnes ferocios aderunt. Nolite existimare, maiores nostros armis rempublicam ex parva magnam focisse. Si ita res esset, multo pulcherrumam eam nos habemus: quippe sociorum atque civium, praeterea armorum atque equorum, maior nobis copia, quam illis. Sed alia fuere 3), quae illos magnos fecere; quae nobis nulla sunt: domi industria, fori iustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque lupidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam; publice egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias; sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum; omnia virtutis praemia ambitione possidet 4). Neque mirum. ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi voluptatibus, hio pecuniae, aut gratiae servitis; co sit, ut impetus fiat in vacuam 5) rempublicam. Sed ego haec omitto.

- 1) Sic oblique suspectum facit Cato. Sociate consilii; certe terret.
- 2) Vulgo inserunt me.
- 3) Sed que fecere, fuere alia.
- 4) Hinc Cato consulatum non adeptus, quia ambire pulo supplicare noluit.
- 5) Int. defensoribus.



ΕΛΛΗΝΙΚΗ  
ΛΕΠΤΟΜΕΛΗ  
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
ΑΘΗΝΑΙΩΝ

# S A L L U S T I I

*Coniuravere nobilissimi cives, patriam incendere 1) ;  
Gallorum gentem infestissimam. nomini Romano ad  
bellum arcessunt : dux hostium 2) cum exercitu supra  
caput est. Vos cunctamini 3) etiam nunc, quid, intra  
moenia 4) apprehensis hostibus, faciatis ? Misericordia  
eensem 5) (deliqueret homines adolescentuli per ambi-  
tionem), atque etiam armatos dimittatis. Ne 6) ista  
vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma cepe-  
rint, in miseriam vertet. Scilicet res 7) aspera est ;  
sed vos non timetis eam. Immo vero maxime ; sed  
inertia et mollitia animi , alius alium exspectantes  
cunctamini , 8) videlicet dis immortalibus confisi , qui  
hanc rem publicam in maxumis saepe periculis serva-  
vere. Non votis ; neque suppliciis mulieribus auxilia  
deorum parantur : vigilando ac agendo , bene consu-  
lendo 9) prospera omnia cedunt . ubi secordiae te atque*

1) h. e. sese incensuros; uti Liv. XXII, 38: coniurabant,  
sese - non abituros. Noster vero praesenti inf. pro fu-  
turo uitetur; ut Iug. 13.

2) i. e. Catilina. Cort. male delevit cum exercitu. cf. pag.  
sq. extr. Catil. cum exerc. fauc. urg.

3) Seu dubitatis hiac recte et fide Codd. meliorum te-  
stibus Putschio, Grut. et Cortio ab hoc omissum est,  
quod post etiam nunc intrusum vulgo legitur glossema et  
dubitatis. Mox eadem constructio reddit.

,, 4) Sic meliores aut vetustiores Codd. Alii deprehensio.

5) Ironice.

6) Seu n. æ.

7) Cortius recte omisit ipsa, quod vulgo additur.

8) Male. videlicet Cortius delet.

9) Vulg. prospere. Nostrum Cortius dedit Codd. fide;  
et Sallustianum magis.

*ignaviae tradideris, nequidquam deos implores; irati infestique sunt. Apud maiores nostros 1) T. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit. atque ille egregius adolescens immoderatae fortitudinis morte poenas dedit. Vos de crudelissimis parricidis quid statuatis, cunctamini? videlicet vita cetera eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae suae, si dis aut hominibus umquam ullis pepercit: ignoscite Cethegi adolescentiae, nisi 2) iterum patriae bellum fecit 3). Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Caepario loquar? quibus si quidquam umquam pensi fuisset, non ea consilia de Republica habuissent. Postremo, Patres conscripti, si mehercule peccato locus esset 4), facile paterer, vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnitis; sed undique circumventi sumus. ~ Catilina cum exercitu fauibus urget 5): alii intra moenia, in finu urbis, sunt hostes; neque parati, neque consuli quidquam occulte potest, quo magis properandum. Quare ita censio cum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxima pericula venerit, hique indicio T. Volturci*

1) Sic Cortius restituit pro Aulus M. T.

2) Vulg. iterum iam p.

3) Videtur iam fuisse socius consuli primus, de qua v. supra c. 18.

4) h. e. me hercule, si id peccatum admitti licet per periculi longinquitatem.

5) s. fauibus premit remp. ita ut elabi nequeat. Sic Cic. pro Cluent. c. 31. cum fauibus premaretur.

Falso igitur vulgo præponunt præpol. in fau. urg. quam nec Codd. meliores agnoscunt.



*et legatorum Allobrogum convicti confessique sint, caedem, incendia, alia foeda atque crudelia facinora in cives patriamque paravisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum, suppli- cium sumendum.*

53 Postquam Cato assedit: Consulares omnes itemque Senatus magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt 1): alii. alios increpantes timidos vocant: Cato magnus atque clarus habetur: Senati decretum fit, sicuti illè censuerat. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quæ res maxime tanta negotia sustinuisset. Sciebam, sæpe numero parva manu cum magnis legionibus hostium contendisse: cognoveram, parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus: ad hoc sæpe fortunæ violen- tiam toleravisse: facundia Græcos, gloria belli Gállos ante Romanos fuisse. ac mihi multa agitanti constabat, paucorum civiū egregiam virtutem cuncta patravisse; eoque factum, uti divitias pau- pertas, multitudinem paucitas superaret. Sed post- quam luxu atque desidia civitas corrupta est, rursus respublica magnitudine sua imperatorum atque magi- stratum vitia sustentabat: ac, veluti effeta 2) paren-

1) Vide, ut eum laudet Vellei II, 35.

2) Vulgo, certe ab Aldina, parentum (alii parentium) sed in eo sensus non procedit. Consultius vero alii et prisci et rec. ediderunt nostrum: Rutilus tamen et Crispinus cert. pro veluti habent sicuti; quod perinde sit. Comparat ve- ro noster Roman ad mulierem effetam h. e. viribus ad

te, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit. Sed memoria mea, ingenti virtute, 1) diversi moribus fuere viri duo, M. Cato et C. Cæsar, quos, quoniam res obtulerat, silentio præterire, non fuit, consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem. Ig-<sup>54</sup> tur his genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere: magnitudo animi par, item gloria; sed alia alii. Cæsar beneficiis atque munificentia magnus habebatur; integritate vita Cato. ille mansuetudine et misericordia, clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando ignoscendo; Cato nihil largiundo gloriam adeptus. in altero misericordia perfugium; in altero malis pernicies. illius, facilitas; huius constantia laudabatur. postremo Cæsar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, sua neglegere; nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, novum bellum exoptabat, ubi virtus enitesceret posset. at Catoni studium modestiæ, 2) decoris, sed maxime severitatis erat: non divitiis cum divite, neque factione cum factioso; sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocentia abstinentia certabat: esse, quam videri, bonus malebat: ita, quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur 3). Postquam, ut dixi, Senatus in Catonis<sup>55</sup>

pariendum exhaustam. Esetam vero (ut fetus a seo)  
rectius scribitur, quam effectam.

1) Vulg. diversis.

2) h. e. eius, quod se decebat, officiorum et honesti.

3) Scil. illum, (quod et Grut, texujiaculit), gloria. Alii male: illam adseq.



fententiam discéssit, Consul optumum factum ratus, noctem, quae instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur, Triumviro 1), quæ supplicium postulabat, parare iubet: ipse, dispositis præfidiis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per Prætores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paululum 2) ascenderis ad lævam, circiter duodecim pedes humi depresso. eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornibus vincta; sed 3) incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis eius facies est. in eum locum posquam demissus Lentulus, 4) quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille patricius ex clarissima gente Corneliorum, qui consolare imperium Romæ habuerat, dignum moribus factisque suis 5) extum vitae invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cœpario eodem modo supplicium sumtum. Dum ea  
56 Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam et ipse adduxerat, et Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortes, pro numero militum, complet.

1) Int. capitales, qui et carceris custodiam haberent. Voci  
glossa superscripsit; vindices rerum capitalium.

<sup>2</sup> 3) Gruter placet descendens, quod sa. aliis codd. eK.

Palmerius coniicit escenderis, quod Cor. arripuit.

3) Al. *inculta*; minus bene.

4) Inferunt vulg. vindices rerum capitalium al. iudices r. c. al. iudices i. c. quae verba, ut e glossa infra-  
ta et Triumviro potius quam carthagines potestia recte de-  
bet Cort.

5) Cosa preferite di tutti? □ □ □ □ □

dein, ut quisque voluntarius, aut ex sociis in castra venit, æqualiter distribuerat, ac brevi spatio legiones 1) numero hominum expleverat; quum initio non amplius duobus millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, spagos 2) aut lanceas, alii præacutas fudes portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montes iter facere, ad Urbem modo, modo in Galliam versus 3) castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare, sperans, propediem 4) se se habiturum, si Romæ locii incepta patravissent. interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiae concurrebant: opibus coniurationis fretus; simul alienum suis rationibus existmans, videri causam civium cum servis fugitivis communicavisse. Sed postquam in castra nuntius per-

1) Cætius verba num. hom. delenda esse censet.

2) Iaculi genus, telum rusticum in modum pedi recurvum.

3) In-versus vim adv. habet, (quod Valla vult) ut sursum versus, quoqueversus etc. Sic et Cæsar B. G. VII, 8. movet in Arvernus versus Plin. X. ep. 82. Aut si in urbem versus venturi erunt: Cætio tamen h. l. videtur versus vim partic. habere, uti apud Livium. etc. bis. Et sic putas iungi ad in-versus.

4) Vulg. sperabat proped. magnas copias se hab. Cætius unius Codd. sui auctoritate expungit magnas copias, ut intelligas, habiturum occasionem pugn. Neque verba ista mox redicuntia bis referri deceat; nec ratio h. l. patitur. Igitur illi nunc accedimus, ut plurimum Codd. sive ap. eundem sperans præferamus.



venit, Romæ coniurationem patefactam; de Lentulo, Cethego, ceteris, quos supra memoravi, supplicium sumtum: plerique, quos ad bellum spes rapi-  
narum, aut novarum rerum studium illexerat, dila-  
buntur. reliquos Catilina per montes asperos magnis  
itineribus in agrum Pistoriensem abducit; eo consilio,  
ut per tramites occulte 1) profugeret in Galliam 2):  
At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro  
Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa  
existumans 3), Catilinam agitare. Igitur ubi iter eius  
ex perfugis cognovit, castra propere movet ac sub  
ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus  
erat 4), neque tamen Antonius procul aberat; utpo-  
te qui magno exercitu, locis æquioribus, expeditos  
in fugam 5) sequeretur. Sed Catilina postquam vi-  
det montibus atque copiis hostium sese clausum, in  
Urbe res adversas, neque fugæ, neque præsidii ul-  
lam spem; optimum factum ratus, in tali re fortu-  
nam belli tentare, statuit cum Antonio quam pri-

1) Cortius suo more præfert perfugerunt; idem tamen patitur in Iugurth. c. 23.

2) Vulgo inferunt Transalpinam, male, cum Cisalpi-  
nam intelligendam esse confit.

3) Vulgo additur quae supra diximus. Grut. et Cort.  
hæc spuria recte putant.

4) Vulgo additor in Galliam properandi. Sed ea ver-  
ba merito a glossa iudicat Corte, et uncinis includit; in  
Codd. variantia prouersus eliciimus.

5) h. e. fugientes. sic Tac. a. XV, 10. extr. Expediri ta-  
men itineri iussit. Cortius faciens expeditus,  
in fuga seq. corruptit textum.



mum configere. Itaque concione advocata, huiuscemodi orationem habuit.

*Compertum ego habeo, milites, verba virtutem 5  
non addere; neque ex ignavo strenuum, neque sortem  
ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quan-  
ta cuiusque animo audacia natura aut morbus inest,  
tanta in bello patere solet. quem neque gloria, neque  
pericula excitant, nequidquam hortere: timor animi  
auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem,  
advocavi; simul uti causam consilii aperirem. Scitis  
equidem, milites, secordia atque ignavia Lentuli quan-  
tam ipsi cladem nobisque attulerit: quoque modo, dum  
ex urbe praesidia opperior, in Galliam proficiisci ne-  
quiverim. Nunc vero quo in loco res nostrae sint,  
iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus, hostium  
duo, unus ab Urbe, alter a Gallia, obstant: diutius  
in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti  
atque aliarum rerum egestas prohibet. quocumque ire  
placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter vos moneo,  
uti sorte atque parato animo sitis; et, quum praelium  
inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, praec-  
terea libertatem atque patriam in dexteris 1) porta-  
re. Si vincimus, omnia 2) tuta erunt, commeatus  
abunde, coloniae atque municipia patebunt. si metu  
cesserimus, endem illa adversa fiunt: neque locus, ne-  
que amicus quisquam teget, quem arma non texerint.  
Præterea, milites, non eadem nobis et illis necessi-*

E 2

1) Vulgo addunt v e f r i s. Cortio rejectum.

2) Vulgo a g l o s s a i n d i t u m n o b i s, quod locum mutat in Codd.  
et unus ap. Cort. non agnoscit.



tudo impendet. nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis supervacaneum est, pugnare pro potentia paucorum. quo audacius aggredimini, memoris pristinae virtutis. Licuit 1) vobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere: potuistis non nulli Romae, amissis bonis, alienas opes exspectare. quia illa foeda atque intolleranda viris videbantur, haec 2) scqui decrevisti. Si 3) relinquere voltis, audacia opus est. nemo, nisi victor, pace bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, quum arma, quis corpus tegitur, ab hostibus averteris; ea vero dementia est. Semper in praelio his maximum est periculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur. Quum vos confidero, milites, et quum facta vestra aestumō, magna me spes victoriae tenet. Animus, aetas, virtus vestra 4) hortatur; praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit. Nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiae 5) loci. Quodsi virtuti vestrae fortuna inviderit, carete 6) inulti animam amittatis; neu capti potius, sicuti pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

1) Al. nobis; quod tuetur Grut.

2) Int. arma, quibus certemus pro patria, lib. vita etc.

3) Vulg. inserunt haec, quod Cort. abiecit.

4) Turpi glossa irrepti h. l. m. e. Int. potius vos.

5) Cortius delet loci, quod abest in uno Guelf. 3.

6) Tres meliores ap. Grut. solidemque ap. Cortium non agnoscunt ne, quod vulgo insertum. In aliis MSS. locum mutat.

Hæc ubi dixit, paululum commoratus, signa ca- 59  
 vere iubet, atque instructos ordines in locum æquum  
 deducit: dein, remotis omnium equis, quo militibus  
 exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes  
 exercitum, pro loco atque copiis, instruit. Nam, uti  
 planities erat inter sinistros 1) montes, et ab dextra 2)  
 rupis aspera, octo cohortes in fronte constituit; reli-  
 qua signa in subsidio artius collocat. Ab his centu-  
 riones omnes, 3) electos, et 4) evocatos, præterea  
 ex gregariis militibus optimum quemque armatum in  
 primam aciem subducit. C. Manlium in dextra, Fæ-  
 sulanum quemdam in sinistra parte curare iubet; ip-  
 se cum libertis et colonis 5) propter Aquilam assistit,  
 quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse  
 dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, pedibus  
 æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio le-  
 gato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas,  
 quas tumulti causa conscripserat, in fronte; post eas

1) h. est.. a sinistra parte sitos.

2) Codd. alii rupe alii rupes; hoc vulgatus et Grut.  
 placet; illud, quod et est in Aldina, præfert Cortius,  
 quamvis malit rupem asperam, Nobis neutrum proba-  
 tur. hinc lenius corrigimus, ut apte dicatur inter mon-  
 tes et aspera rupis.

3) Alii lectos, al. omittunt; alii electos, quod verum.  
 Electi erant legionis caput, prima cohors, que aquilam  
 suscipiebat, et in prima acie locabatur. cf. Veget. II, 6.  
 et Tac. h. I, 61. Catilinæ erant duae legiones.

4) Evocati h. l. sunt, qui emeritis stipendiis cursus ad mili-  
 tiam evocantur.

5) Olim Syllæ militibus; qui ipsi quasi cohors praetoria affi-  
 lierent.



ceterum exercitum in subsidiiis locat. ipse equo circumiens, unumquemque nominans appellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermos pro patria, pro liberis, pro aris atque focus suis 1) cernere. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria 2) fuerat, plerisque ipsos factaque eorum fortia noverat, ea commemo-  
60 rando militum animos accendebat. Sed ubi rebus omnibus exploratis, Petreius signum dat; cohortes paulatim incedere iubet. idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum, unde a fermentariis 3) prælium committi posset, maximo clamore cum infestis signis concurrunt: pila omittunt; gladiis res geritur. veterani, pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt. maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros profaciis arcessere: omnia providere: multum ipse pugnare, saepe hostem ferire. strenui militis, et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi tendere; cohortem prætoriam in medios hostes inducit, eos perturbatos, atque alios alibi resistentes interficit: deinde utrinque ex lateribus 5) ceteros

1) Vulg. certare.

2) Vulg. inserunt in exercitu, quas voces Cort. ut glossam delet, neque obvijs primitus in cod. Guelf. 12.

3) Milites levio armaturæ, qui prælii initium facere solebant, pilis atque missilibus pugnantes.

4) Cort. delet ceteros.



agreditur. Manlius et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. Postquam fuisse copias, seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis atque pristinæ dignitatis, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur. Sed confecto prælio, tum <sup>61</sup> vero cerneret, quanta audacia qantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere quem *quique*<sup>1)</sup> pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos <sup>2)</sup> medios cohors prætoria desicerat, paulo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant. Catilina vero longe a suis, inter hostium cadavera repertus est; paululum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat vivus, in voltu retinens. Postremo ex omni copia neque in prælio, neque in fuga, quisquam civis ingenuus captus. ita cuncti suæ hostiumque vitæ iuxta pepercérant. Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam adeptus. nam strenuissimus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui de castris visundi, aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant. fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror; luctus atque gaudia agitabantur.

1) *Vulg. vivus pugn.*

2) *Cort. frusta delens medios nugatur.*



156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000  
 1001  
 1002  
 1003  
 1004  
 1005  
 1006  
 1007  
 1008  
 1009  
 1009  
 1010  
 1011  
 1012  
 1013  
 1014  
 1015  
 1016  
 1017  
 1018  
 1019  
 1019  
 1020  
 1021  
 1022  
 1023  
 1024  
 1025  
 1026  
 1027  
 1028  
 1029  
 1029  
 1030  
 1031  
 1032  
 1033  
 1034  
 1035  
 1036  
 1037  
 1038  
 1039  
 1039  
 1040  
 1041  
 1042  
 1043  
 1044  
 1045  
 1046  
 1047  
 1048  
 1049  
 1049  
 1050  
 1051  
 1052  
 1053  
 1054  
 1055  
 1056  
 1057  
 1058  
 1059  
 1059  
 1060  
 1061  
 1062  
 1063  
 1064  
 1065  
 1066  
 1067  
 1068  
 1069  
 1069  
 1070  
 1071  
 1072  
 1073  
 1074  
 1075  
 1076  
 1077  
 1078  
 1079  
 1079  
 1080  
 1081  
 1082  
 1083  
 1084  
 1085  
 1086  
 1087  
 1088  
 1089  
 1089  
 1090  
 1091  
 1092  
 1093  
 1094  
 1095  
 1096  
 1097  
 1098  
 1098  
 1099  
 1099  
 1100  
 1101  
 1102  
 1103  
 1104  
 1105  
 1106  
 1107  
 1108  
 1109  
 1109  
 1110  
 1111  
 1112  
 1113  
 1114  
 1115  
 1116  
 1117  
 1118  
 1119  
 1119  
 1120  
 1121  
 1122  
 1123  
 1124  
 1125  
 1126  
 1127  
 1128  
 1129  
 1129  
 1130  
 1131  
 1132  
 1133  
 1134  
 1135  
 1136  
 1137  
 1138  
 1139  
 1139  
 1140  
 1141  
 1142  
 1143  
 1144  
 1145  
 1146  
 1147  
 1148  
 1149  
 1149  
 1150  
 1151  
 1152  
 1153  
 1154  
 1155  
 1156  
 1157  
 1158  
 1159  
 1159  
 1160  
 1161  
 1162  
 1163  
 1164  
 1165  
 1166  
 1167  
 1168  
 1169  
 1169  
 1170  
 1171  
 1172  
 1173  
 1174  
 1175  
 1176  
 1177  
 1178  
 1179  
 1179  
 1180  
 1181  
 1182  
 1183  
 1184  
 1185  
 1186  
 1187  
 1188  
 1189  
 1189  
 1190  
 1191  
 1192  
 1193  
 1194  
 1195  
 1196  
 1197  
 1198  
 1198  
 1199  
 1199  
 1200  
 1201  
 1202  
 1203  
 1204  
 1205  
 1206  
 1207  
 1208  
 1209  
 1209  
 1210  
 1211  
 1212  
 1213  
 1214  
 1215  
 1216  
 1217  
 1218  
 1219  
 1219  
 1220  
 1221  
 1222  
 1223  
 1224  
 1225  
 1226  
 1227  
 1228  
 1229  
 1229  
 1230  
 1231  
 1232  
 1233  
 1234  
 1235  
 1236  
 1237  
 1238  
 1239  
 1239  
 1240  
 1241  
 1242  
 1243  
 1244  
 1245  
 1246  
 1247  
 1248  
 1249  
 1249  
 1250  
 1251  
 1252  
 1253  
 1254  
 1255  
 1256  
 1257  
 1258  
 1259  
 1259  
 1260  
 1261  
 1262  
 1263  
 1264  
 1265  
 1266  
 1267  
 1268  
 1269  
 1269  
 1270  
 1271  
 1272  
 1273  
 1274  
 1275  
 1276  
 1277  
 1278  
 1279  
 1279  
 1280  
 1281  
 1282  
 1283  
 1284  
 1285  
 1286  
 1287  
 1288  
 1289  
 1289  
 1290  
 1291  
 1292  
 1293  
 1294  
 1295  
 1296  
 1297  
 1298  
 1298  
 1299  
 1299  
 1300  
 1301  
 1302  
 1303  
 1304  
 1305  
 1306  
 1307  
 1308  
 1309  
 1309  
 1310  
 1311  
 1312  
 1313  
 1314  
 1315  
 1316  
 1317  
 1318  
 1319  
 1319  
 1320  
 1321  
 1322  
 1323  
 1324  
 1325  
 1326  
 1327  
 1328  
 1329  
 1329  
 1330  
 1331  
 1332  
 1333  
 1334  
 1335  
 1336  
 1337  
 1338  
 1339  
 1339  
 1340  
 1341  
 1342  
 1343  
 1344  
 1345  
 1346  
 1347  
 1348  
 1349  
 1349  
 1350  
 1351  
 1352  
 1353  
 1354  
 1355  
 1356  
 1357  
 1358  
 1359  
 1359  
 1360  
 1361  
 1362  
 1363  
 1364  
 1365  
 1366  
 1367  
 1368  
 1369  
 1369  
 1370  
 1371  
 1372  
 1373  
 1374  
 1375  
 1376  
 1377  
 1378  
 1379  
 1379  
 1380  
 1381  
 1382  
 1383  
 1384  
 1385  
 1386  
 1387  
 1388  
 1389  
 1389  
 1390  
 1391  
 1392  
 1393  
 1394  
 1395  
 1396  
 1397  
 1398  
 1398  
 1399  
 1399  
 1400  
 1401  
 1402  
 1403  
 1404  
 1405  
 1406  
 1407  
 1408  
 1409  
 1409  
 1410  
 1411  
 1412  
 1413  
 1414  
 1415  
 1416  
 1417  
 1418  
 1419  
 1419  
 1420  
 1421  
 1422  
 1423  
 1424  
 1425  
 1426  
 1427  
 1428  
 1429  
 1429  
 1430  
 1431  
 1432  
 1433  
 1434  
 1435  
 1436  
 1437  
 1438  
 1439  
 1439  
 1440  
 1441  
 1442  
 1443  
 1444  
 1445  
 1446  
 1447  
 1448  
 1449  
 1449  
 1450  
 1451  
 1452  
 1453  
 1454  
 1455  
 1456  
 1457  
 1458  
 1459  
 1459  
 1460  
 1461  
 1462  
 1463  
 1464  
 1465  
 1466  
 1467  
 1468  
 1469  
 1469  
 1470  
 1471  
 1472  
 1473  
 1474  
 1475  
 1476  
 1477  
 1478  
 1479  
 1479  
 1480  
 1481  
 1482  
 1483  
 1484  
 1485  
 1486  
 1487  
 1488  
 1489  
 1489  
 1490  
 1491  
 1492  
 1493  
 1494  
 1495  
 1496  
 1497  
 1498  
 1498  
 1499  
 1499  
 1500  
 1501  
 1502  
 1503  
 1504  
 1505  
 1506  
 1507  
 1508  
 1509  
 1509  
 1510  
 1511  
 1512  
 1513  
 1514  
 1515  
 1516  
 1517  
 1518  
 1519  
 1519  
 1520  
 1521  
 1522  
 1523  
 1524  
 1525  
 1526  
 1527  
 1528  
 1529  
 1529  
 1530  
 1531  
 1532  
 1533  
 1534  
 1535  
 1536  
 1537  
 1538  
 1539  
 1539  
 1540  
 1541  
 1542  
 1543  
 1544  
 1545  
 1546  
 1547  
 1548  
 1549  
 1549  
 1550  
 1551  
 1552  
 1553  
 1554

B E L L U M  
I U G U R T H I N U M .



Баллада  
Мініятур

ΙΑΝΕΠΙΣΤΗΜΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΥ  
ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# SALLUSTI

# JUGURTHA.

**F**also queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque ævi brevis 1) forte, potius quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque maius aliud, neque præstabilius invenias; magisque naturæ industriam hominum, quam vim aut tempus dæsse. Sed dux atque imperator vitæ mortaliū animos qui, ubi ad gloriam virtutis via gravissim, abunde pollens potensque et clarus est, neque 2) fortunæ eget: quippe 3) probitatem, industriam, alias artes, bonas, negat dare neque eripere 4) cuiquam potest. si captus prayis cupidinibus, ad inertiam et voluptates corporis pessum datus, est 5) perniciosa lubi-

1) Male alii, forte, usq; ad 100, C. 1. + 260, abeo, 260.

2) *Al. fortuna*. — *Al. fortuna* (L.) — *Al. fortuna* (L.)

3) Vocem quae, vulg. insertam, auctoritate codd. Cor. delevit.

4) Corte frustra delet cuiquam,

5) Vulgo male haec distinguuntur. Inde turbæ et nuger.



dine paulisper usus: ubi per secordiam vires, tempus, ingenium defluxere; naturæ infirmitas accusatur: suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt. Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura, multumque etiam periculosa, petunt: neque regerentur magis, quam regerent casus; et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria æterni fierent.

2 Nam uti genus hominum compositum ex anima et corpore: ita res cunctæ studiaque omnia nostra, corpus alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur præclara facies, magnæ divitiae, ad hoc vis corporis, alia huiuscemodi omnia brevi dilabuntur: at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis et fortunæ bonorum, uti initium, 1) finis est; omniaque orta occidunt, et aucta senescunt: animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, decti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt; ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortaliū est, incultu atque secordia torpescere sinunt: quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa 3 clatitudo paratur. Verum ex his magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate cupienda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per fraudem ius fuit 2), tuti, aut eo magis honesti

1) Vulg. inseritur sic, quod in duobus Codd. ap. Cort. abest.

2) L. honos fuit.

supt. Nam vi quidem regere patriam aut parentes, 1) quamquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum est: quum præsertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hostilia portendant: frustra autem niti, neque aliud 2) se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est: nisi forte quem inhonesta et perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari. Ceterum ex aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, 4 in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute quia multi dixerunt, prætereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existimet memet, studium 3) meum laudando, extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a republica ætatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebem, et conviviis gratiam quærere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum, et quales viri iidem assequi nequiverint, et postea quæ genera hominum in Senatum pervenerint; profecto existimabunt, me magis merito, quam ignavia, iudicium animi mutavisse, maiusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipublicæ venturum. nam sæpe audivi, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros, solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad

1) s. obedientes, quos vulgo subditos vocant.

2) Cor. omittit se.

3) Meum Cor. auctoritate MS. Struv. ubi locum mutat, te Guelf. 6. et 12. delet.



*virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in se habere; sed memoria rerum gestarum eam flammat egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaeguaverit.* At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumtibus, non probitate, neque industria cum maioribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia 1) ad imperia et honores nituntur, proinde quasi prætura et consulatus, atque alia omnia huiuscemodi per se ipsa clara, magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui sustinent, virtus est. Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget tædetque. nunc ad inceptum redeo.

5 Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit; primum quia magnum et atrox variaque victoria fuit, dein quia primum superbiæ nobilitatis obviam itum est. quæ contentio divina et humana cuncta permiscauit; coque recordiæ processit, uti studiis civilibus 2) bellum atque vastitas Italiæ finem faceret. Sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio, pauca supra repeatam; quo ad cognoscendum omnia illusoria magis magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quo

1) Vulgo h. l. infarta legas, quæ Codd. Remens. i. non agnoscit et a glossa cum Cortio censemus: potius quam bonis artibus. Quis enim non videt, sqq. τω per virtutem opponi?

2) Factionum diffidiis.



dux Carthaginensium Hannibal post magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxime attriverat, Masinissa rex Numidarum, in 1) amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et præclara rei militaris facinora fecerat. ob quæ, victis Carthaginensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus, quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissæ bona atque honesta nobis permanit: 2) imperii vitæque eius finis idem fuit 3). Dein Micipli filius regnum solus obtinuit, Masianabale et Gulussa fratribus morbo absuntis. Is Adherbalem et Hiempalem ex sece genuit; Iugurthamque, Masianabilis fratris 4) filium, quem Masinissa, quod orsus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu 5), quo liberos suos, domi habuit. Qui ubi 6 primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed

i) Multi codd. amicitia.

2) Vulg. inserunt sed, quod Cōrt. auctorit. Guelf. 3. delevit.

3) Masinissa postquam obierat. (anno vite XCVII, cf. Eutrop. IV, 11), imperium eius primum anter filios tres divisum est; deinceps inter eius nepotes, Miciplæ dux filios, et Iugurtham tripartitum esse oportuit, vid. c. 11 et 12; sed mox inter Adherb. et Iug. bipartitum est, c. 16. tandem omnia prædae cessere Iugurtha. Dehinc bella, tandem agri, quos olim Masinissa dono habuerat, Africæ provinciæ Rom. adiecti.

4) Scil. Adherbalis et Hiempalis.

5) Omnem educationem, victum et amictum comprehendit.



decrevit ; donatum atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in prætorium 1) abduxit : ibique secreto monuit, uti, potius publice quam privatim, amicitiam populi R. coleret, 2) nec quibus largiri insuecseret: periculose. & paucis emi, quod multorum 3) esset. si permanere vellet in suis artibus, ultra illi et gloriam et regnum ventura ; sin properantius pergeret, 4) suamet ipsum pecunia praecipiem casurum. Sic lo-  
quutus, cum literis, quas Micipæ redderet, dimisit  
earum sententia hæc erat: *Jugurthae tæt bello Nu-*  
*mantino longe maxima virtus fuit: quam rem tibi 4)*  
*certe scio gaudio esse. nobis ob merita carus est: uti*  
*idem Senatui sit et populo Romano; summa ope nite-*  
*mur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. en-*  
*habet virum dignum te atque avo suo Mafinissa. Igi-*  
*tur rex, ubi, quæ fama acceperat, ex litteris impe-*  
*ratoris ita esse cognovit, cum virtute viri, tum gratia*  
*permotus, flexit animum suum, et Jugurtham bene-  
ficiis vincere aggressus est: statimque adoptavit, et*  
*testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed*  
*ipse paucos post annos, morbo atque ætate confec-*  
*tus, quum sibi finem vitæ adesse intelligeret, coram*  
*amicis et cognatis, item dherbale et Hiempiale*  
*filiis, dicitur huiuscemodi verba cum Jugurtha ha-  
buisse:*

10 *Parvum ego, Jugurtha, te, amissso patre, sine  
spe, sine opibus, in meum regnum accepi; existumans,*

1) Ita Grut. voluit ac dedit Cort. pro vulg. adduxit.

2) Al. Cod. neu.

3) Vulg. venturum.

4) Sic Grut. invenit in melioribus suis; vulg. corso.



*non minus me tibi, quam 1) liberis, si genuissim, ob beneficia carum fore; neque ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna et egregia 2) tua omittam, novissime rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoravisti: tua virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiae renovatum 3): postremo, quod difficillum inter mortales, gloria invidiam viciisti. Nunc, quoniam mihi natura vitae finem facit, per hanc dextram, per regni 4) fidem moneo obtestorque, uti hos, qui tibi generc propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habecas: neu malis alienos adiungerc, quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri praesidia regni sunt; verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio et fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? Evidem ego vobis regnum trado firmum, si boni critis; sin mali, imbecillum. Nam concordia parvae res crescunt, discordia maxumas dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, qui aetate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, quia plus potest, facere videtur. Vos autem,*

## F 2

1) Putschius, Ursinus, Crispinus etc. male omitunt liberis.

2) Vulg. addunt, facinora, al. facta. utrumque glossa videatur.

3) Ipse enim Masi. multa, priusquam ad Rom. transisset, in Hisp. præclare gesserat.

4) Per fidem, quam, in regnum acceptus, debes.



*Adherbal' et Hiempſal, colite, obſerveate talem hunc virum, imitamini virtutem, et enitamini, ne ego meliores liberos ſumſiſe videar, quam genuiſſe.*

11 Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta loquutum intelligebat, et ipſe longe aliter animo agitabat; tamen pro tempore benigne respondit. Micipſa paucis diebus moritur. Postquam illi, more regio, iusta magnifice fecerant reguli 1), in unum convenere, uti inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent. Sed Hiempſal, qui miouimus ex illis, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Iugurthæ, 2) quia materno genere impar erat, despiciens, dextera Adherbalem affedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Dein tamen, uti ætati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus eſt. Ibi quum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Iugurtha inter alias res iacit, oportere quinquennii consulta omnia et decreta reſcindi: nam per ea tempora confectum annis Micipſam parum animo valuiſſe. Tum idem Hiempſal placere ſibi, respondit: nam iſum 3) illum tribus his proxumis annis adoptione in regnum perveniuſſe.

1) Iugurtha, Adherb. et Hiempſal.

2) Cortius verba quia materno genere impar erat.  
ex cap. 108. buc iageſta, coque expungenda putat; quod non probamus; et habent ea omnes Codd.

3) Sic Aldina, Carrio, Ciaccon Crisp. etc. Codd.  
mire variant; et Grut. et Wallius his eūciunt; Cortius dannat annis. Nobis illum eliminandum videtur.  
Sunt enim Codd. qui legant illis tribus pr. L illis  
bis tr. a. Sic mallemus nam iſum tribus proximis adopt. i. r. p.



quod verbum in pectus Iugurthæ altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira<sup>1)</sup> et metu anxius moliri, parare atque ea modo<sup>1)</sup> animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. quæ ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox; statuit quovis modo inceptum perficere. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoriavi, propter dissensionem<sup>2)</sup> placuerat, dividii thesauros, finesque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed matūrius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, aliis' alio, concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte eius domo utebatur, qui proximus lictor Iugurthæ, carus acceptusque<sup>3)</sup> ei semper fuerat. quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat<sup>4)</sup> impellitque, uti tamquam suam visens domum eat, portarum claves adulterinas pareret: nam veræ ad Hiempalem referebantur. ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum. Numida mandata brevi confecit: atque, ut doctus erat, noctu Iugurthæ milites introducit. Qui posquam in ædes irripuere, diversi regem quærere; dormientes alios, alios occursantes intersicere; scrutari loca abdita, clausa effringere; strepitum et

1) Sic multi codd. uterque Grut. et Corte. al. cū m. a. vel i. n. a.

2) s. ne esset dissensioni locus.

3) Cort. abigit ei unius cod. auctoritate. Nos ei, inter Hiempali, retinendum consensus. Sic adfici ratio, cur eius domo usus sit. Proximus vero lictor ei, qui proximo præcedit, (uti more Rom. Consulēm) regem, enque primus.

4) Cort. præter codd. eiūcū impellitque ut glossam.



tumultu omnia miscere: quum Hiempsal interim reperitur, occultans sese tugurio mulieris ancillæ 1), quo initio pavidus et ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius, uti iussi erant, ad Iugurtham referunt. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgantur; Adherbalem omnesque, qui sub imperio Miciplæ fuerant, metus invadit. in duas partes discedunt 2): plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha, quam maxumas potest, copias armat: urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adiungit: omni Numidiæ imperare parat. Adherbal tametsi Romam legatos miserat, qui Senatum docerent de cæde fratris et fortunis suis; tamen fretus multiudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus 3) ex prælio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit. Tum Iugurtha paratis consiliis 4), in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque

1) Sic noster saepe homo adolescentis; Terent. Phorm. II, 3, 62. homo servus ibid. V, 3, 11. adolescentis mulier et Plaut. Stich. III, 1, 37. et alibi homo servulus. Ac veteribus ancillus, a, dicebatur (uti famulus, pedissequus) adjective. cf. Festum ap. Gesn. in thes. ancilla et ancillus.

2) Numidae, quod hic vulg. addunt, tamquam glossam expunxit Cort. sive nonnullor. codd.

3) Al. ex omittunt. Nil hic redundans. ex prælio iungendum τω prof. non τω victus.

4) Omnes edd. præter Cort. hic inserta habent e codd. verba; postquam omni Numidia potiebatur. Sed reliqua videbitur glossa cuivis sapientius legenti.

adversus iram eius, usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua, spem habere. Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam 1) legatos mittit, quis præcipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant; deinde novos acquirant; postremo 2) quæcunque possint, largiendo parare necuntentur. Sed ubi Roman legati venere, et, ex præcepto Regis, hospitibus aliisque quorum ea tempestate 3) in Senatu auctoritas pollebat, magna 4) munera misere; tanta cominutatio incisit, uti ex maxima invidia in gratiam et favorem nobilitatis lugurtha veniret. quorum pars spe, alii præmio induci, singulos ex Senatu ambiundo, nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, legati ubi satis confidunt, die constituto Senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo loquutum accepimus.

*Patres conscripti.* *Micipsa pater meus moriens* 14 *præcipit, uti* 5) *regnum Numidiae tantummodo pro- curatione existimarem meum;* ceterum ius et imperium penes vos esse: simul eniterer, domi militiaeque quam maximo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos in affinium locum ducreim. si ea

1) Cort. frustra abiecit legatos cf. lin. 5.

2) Ab Aldina omnes ad Cortium usque quæmcunque. Nostrum Cortius dedit ex melioribus suis, quod neutrum elegantius et in universum magis, etiam de hominibus, usurpatur.

3) Contra eodd. et nulla propabili ratione Cort. abiecit in Senatu.

4) Prosthra hanc vocem dicit Cort.

5) Sic Cortius. Alij omnes regni Num. tapt. pro- curationem exist. meam,



froissēm, in vestra amicitia exercitūm, dīvitias, munimenta regni 1) me habere. Quāc 2) quum agitarem; Iugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus, contemto imperio vestro, Masinissa me nepotem, et iam ab stirpe socium et amicum 3) populo Romano, regno fortunisque omnibus expulit. Atque ego, Patres conscripti, quoniam eo miseria-  
rum venturus eram, vellem, potius ob mea, quam ob 4) maiorum beneficia posse auxilium petere; ac maxime 5) deberi mihi 6) a populo Romano, qui-  
bus non egerem; secundum 7) ea si desideranda erant,  
uti debit is, uterer. sed quoniam parum tuta per se ipfa probitas, neque mihi in manu fuit 8), Iugurtha qualis foret; ad vos configi, Patres conscripti, qui-  
bus, quod 9) miserrimum, cogor prius oneri, quam usui esse. Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam.

1) Sic duo codd app. Cort. qui frustra omittit m.e. Vulg. me habitum, quod sit pro glossa cf. supra pag. 53.

2) Vulgo l. ante l. post quum addit praecepta parens mei. Grutero volente et probante Cortio in ex- filium mittimus glossema.

3) Sic MSS. Vulg. populi Rom.

4) Sic Cort. bene recidit vulg. maiorum meorum b. posse me a vobis auxil. petere, cuius rationes vid. apud ipsum.

5) Int. vellem.

6) Cort. omisi beneficis, quod est in vulg.

7) s. secundo loco int. quibus. Sic Cic. VIII, 10. exte- maxime equidem vellēm; ut secundo autem loco, ne etc.

8) In potestate mea non fuit, per me non fuit.

9) Vulg. mihi mihi est.



a vobis recepti, aut in suis dubiis rebus societatem  
vicstram appetiverunt. familia nostra cum populo R.  
bello Carthaginensi amicitiam instituit, quo tempore  
magis fides eius, quam fortuna petenda erat. Quo  
rum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati 1).  
frustra a vobis auxilium petere: Si ad impetrandum 2)  
nihil causae haberem, praeter miserandam fortunam;  
quod paulo ante Rex, genere fama atque copiis po-  
tens, nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes  
expecto 3): tamen erat maiestatis Romani populi  
prohibere iniuriam, neque 4) cuiusquam regnum per  
seculis cresceret. Verum ego his finibus electus sum,  
quos maioribus meis populus Romanus dedit: unde  
pater et avus una vobiscum expulere, Syphacem et  
Carthaginenses. Vestra beneficia 5) crepta sunt;  
Patres conscripti: vos in mea iniuria despici estis;  
Eheu me miserum! Huccine, Micipsa pater, beneficia  
evasere, uti quem tu parem cum libertis, regnique par-  
ticipem fecisti, is potissimum stirpis tuae extinctior  
fit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? sem-  
perne in sanguine, fero, fuga versabimur? Dum Car-  
thaginenses incolumes fuere, iure 6) omnia saeva  
patiebamur, hostes ab latere vos amici procul: spes.

1) Quæ vulgo addunt: me nepotem Massinissam, pre-  
euntibus Grut. Bongars. ac Putschio Cortius  
delevit, tamquam e superioribus huc accita.

2) Scil. auxilium.

3) h. e. circumspicio et quare solliciter.

4) h. e. et, ne cresceret. Sic adem Cortius rectius  
pro vulg. neque pati, cresce.

5) Vulgo ingerunt mihi.

6) Iure necessitatis; h. i. belli.



omnis in armis erat. Postquam illa pestis cicuta, laeti pacem agitabamus: quippe quis hostis nullus, nisi forte quem iussissetis. Ecce autem ex improviso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia scese efferens, fratre meo, atque eodem propinquo suo imperfecto, primum regnum ejus sceleris sui praedam fecit: post, ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus, quam vim aut bellum, exspectantem in imperio vestro 1) sicuti videtis, extorrem patria domo, inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam in mō regno esset. Ego sic existimabam, Patres conscripti, ut praedicantem audiveram patrem meum, qui vestram amicitiam 2) colerent, eos multum laborem suscipere; ceterum ex omnibus macume tutoſ esse. Quod in familia nostra fuit, praesitilit uti in omnibus bellis vobis adessent 3): nos uti per otium tuti simus, in manu vestra est, Patres conscripti. Pater nos duos fratres reliquit: tertium, Iugurtham, beneficiis suis ratus nobis coniunctum fore, alter eorum necatus, alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? quo potissimum infelix accedam? Generis praefidia omnia extincta sunt: pater, uti necesse erat, naturae concessit; fratri, quem minime decuit, propinquus per scelus, vitam eripuit. affines, amicos, propinquos ceteros, alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in cru-

1) Regno sc. Numidiae, vestro.

2) Vulg. inserit diligenter.

3) Verbum referunt ad domen collect. Vulg. ad esset.

4) Referunt ad propinquus sc. Iugurtha; sic iusta: unde

(a quo) minime decuit, vita expedita.

oem acti, pars bestiis objecti; pauci, quibus relicta anima, clausi in tenobris, cum moerore et luctu, morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quae aut amissi aut ex necessariis 1) adversa facta sunt, incolumia manerent; tamen, si quid ex improviso accidisset, vos implorarem, Patres conscripti, quibus, pro magnitudine imperii, ius et iniurias omnes curac esse decet. Nunc vero, exul patria, domo, solus et omnium honestarum rerum egens, quo accedam, aut quos appellam? nationesne, an reges, qui omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam infestis sunt? an quoquam adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? aut quisquam nosiri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Postremo Masinissa nos ita instituit, Patres conscripti, ne quem coleremus, nisi populum Romanum; ne sociates, ne sœdera nova acciperemus: abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore: si huic imperio fortuna mutaretur, una nobis occidendum esse. Virtute ac dis volentibus magni estis et opulenti, omnia secunda et obedientia sunt; quo facilius sociorum iniurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Iugurthae, parum 2) cognita transversos agat: quos ego audio maxima ope niti,

1) Ex necess. scil. qui morte affecti, aut morte graviorem, vitam patiuntur. Quæ necessariis et propinquis accidunt, ex et uobis adversa putamus. Adversa h. l. opponuntur incolumibus. a quo vero sensu plane aberravit Cottius putans necessariis neutrum esse ut opponi adversa.

2) Grut. mavult cogniti; quod certe placuisse. Sed Codr. non agnoscunt.

*ambire, fatigare vos singulos, ne quid de absente,  
incognita causa, statuatis: fingete me verba; fugam  
simulare, cui licuerit in regno manere. Quod uti-  
nam illum; cuius impio faoinore in has miserias  
projectus sum, eadem haec simulantem videam! et  
aliquando aut apud vos, aut apud Deos immortales  
rerum humanarum cura oriatur! 1) ne ille, qui nuno-  
sceleribus suis ferox atque praeclarus est, omnibus  
malis excruciatuſ, impietatis in parentem nostrum,  
fratris mei necis, mearumque miseriarum graves poe-  
nas reddet. Iam iam frater animo meo carissime,  
quamquam 2) tibi imaturo, et unde minume occuit,  
vita erepta est: tamen laetandum magis, quam do-  
lendum puto casum tuum. non enim regnum, sed fu-  
gam, ex filium, egestatem et omnes has, quae me pre-  
munt, aerumnas cum anima simul amifisti. At ego  
infelix, in tanta mala praecipitus ex patrio reg-  
no, rerum humanarum spectaculum praebeo: incer-  
tus quid agam, tuasne iniurias persequar, ipse auxi-  
lii egens, an regno consulum 3), cuius vitae necis-  
que potestas ex opibus alienis pendet 4)? Utinam*

1) Vulgo, ut ille reddat. Sed Gryt. ex Codd. Na-  
zar. refutuit ne (næ); et Correto corrixit in reddet  
cf. Tac. I, 3. extra.

2) Correto elegantiam quaerens omittit tibi cui tamen re-  
spondet unde s. a. quo.

3) h. e. an, iniuriis concedendo, paci consulam? Sed iniuria  
lata invitat alteram.

4) h. e. cui incolumentas non speranda nisi a Rom. potenti  
auxilio, et mors a Iugurtha vi timenda est. Corrius sen-  
sum relinquens, in verbis refagendis operam perdit.

emori 1) fortunis meis honestus exitus esset, neu vi-  
vere contentus viderer, si, defessus malis, iniuriæ  
concessissim. Nunc neque videre lubet, neque mori  
licet sinc dedecore. Patres conscripti, 2) per vos, per  
liberos atque parentes, per maiestatem populi R. 3)  
subvenite misero mili: ite obviam iniuriac, nolite pa-  
ti, regnum Numidiae, quod vestrum est, per scelus et  
sanguinem familiac nostrac tabescere.

Postquam Rex finem loquendi fecit; legati Iu- 15  
gurthæ, largitione magis quam causa freti, paucis  
respondent, Hiempalem ob sacvitiam suam ab Nu-  
midis intersectum: Adherbalem ultro bellum inferen-  
tem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam  
facere nequivisset. Iugurtham ab Senatu petere, ne  
alium putarent, ac Numantiac cognitus esset; neu  
verba inimici ante facta sua ponerent. Deinde utri-  
que curia egrediuntur. Senatus statim consulitur:  
fautores legatorum, præterea magna pars, gratia 4)  
depravati, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthæ  
virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique  
omnibus modis pro alieno scelere et flagitio, sua  
quasi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, qui  
bus bonum et æquum divitiis carius, subveniendum  
*Adherbali, et Hiempalis mortem severè vindicandam*

1) Infinitivus hic gravius sonat quam si dixisset mors.

2) Certe operam abutitur, cum sqq. exigit ad sollemnem  
illam transponendi formulam per ego te Deos ore; le-  
gitque per vos liberos atque p. etc.

3) Int. rogati; uti Catil. c. 35. extr.

4) Alii m. senatus pars gratia depravata. Sed Se-  
natus pridem expuxere Ciac. Grut. ultimam vocem  
emendavit Corte.

censebant, sed ex omnibus maxime Aemilius Scaturus, homo nobilis, impiger, factiosus 1), avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt Regis largitionem famosam impudentemque; veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam 2) accenderet, animum a consueta lubidine continuit. Vicit tamen in Senatu pars illa, qui vero pretium aut gratiam anteferebant. Decretum fit, uti decem legati regnum quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham et Adherbalem dividerent. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius: homo clarus, et tum in Senatu potens; quia consul, C. Gracho et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha tametsi Romae 3) in inimicis habuerat, tamen 4) accuratissime recepit: dando et 5) pollicitando perfecit, uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum Regis anteferret. reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quæ pars Numidiæ Mauretaniam attingit, agro virilis que opulentior, Iugurthæ traditur: illam alteram

1) f. audax.

2) Scil. plebis, si videret, pecuniae postponi ius fasque.

3) Inimicum ex cod. Pal. 7. et priscis edd. Gronov. laudatis, confirmat. Corte, nec tamen recipit pro vulg. in amicis. Sed opt. cod. Commelin. habet in inimicis; quod placeat.

4) Vulg. præter MSS. curatissime.

5) Ita Cortius. Al. pollicendo multa; quod interpretamentum videtur.

specie, quam usu, potiorem, quæ portuofior et ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit. Res<sup>17</sup> posulare videtur Africæ situm paucis exponere; et eas gentes, quibuscum nobis bellum; aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca et nationes, ob calorem aut asperitatem, item solitudines, minus frequentata sunt, de iis haud facile compertum narraverim: cetera quam paucissimum absolvam.

In divisione orbis terræ plerique 1) in partem tertiam Africam posuere: pauci tantummodo Asiam et Europam esse; sed Africam in Europa. Ea fines habet ab Occidente fretum nostri maris 2) et Oceani; ab ortu Solis declivem latitudinem; quem locum *Catabathmon* incolæ appellant 3). Mare sœvum, inter

aut

1) Vulg. in parte tertia. Sed nostrum habet Codex. Com. melin. optimus; sex alii Cortiani, et Augustini de C. D. c. 17. Exponimus autem: ut pars tertia esset, Africam posuero. Ponere autem h. l. vim statuendi, decernendi habet. ut dicitur Ponunt philosophi; sic h. l. scriptores, geographi. Verba autem ponere, statuere, locare, reponere, insituere, collocare cum præp. in, regunt et sextum; et quantum casum. quod uti satis notum, ita qui exempla desideret, audeat Gesn. thes. his vocibus. Planius forsitan dictum fuerit plerique partem tertiam Afr. posuere: pauci Asiam et Eux. sed etc.

2) s mediterranei, quod Italiam alluit.

3) Pomp. Mela L. I. c. 8. Catabathmos vallis de vexa in Aegyptum finit Africam! Ex nostro infra c. 19, et Strabone L XVII intelligas, Catabathmum magnum habitum suille treminum, quo Africa dividebatur ab Aegypto et adiecta Marmarica. Catabathmus parvus dividebat Aegyptum a Marmarica. Sed of; de his Cellaz. Not. O. L. IV. p. 1. sq. et c. I. de Aegypto.



portuolum: ager frugum fertilis, bonus pecori; arbori infecundus: cœlo terraque penuria aquarum 1). Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum. plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere, nam morbus haud sæpe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint; quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diversum est: tamen, uti ex libris Punicis, qui Regis Hiempalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique 2) rem sese habere cultores eius terræ putant, quam paucissimis dicam. ceterum fides eius rei penes auctores erit. Africam initio habuere Gætuli et Libyes, asperi, inculti; quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, neque imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes, 3) qua nox coegerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant 4), interiit; exercitus eius, compositus ex variis gentibus, amissio duce, ac passim multis, sibi quisque 5), imperium potentibus, brevi di-

1) Ita et Curt. IV, 7, n. 6. terra cœloque aquarum penuria est.

2) et uti:

3) Sic. et Ald. Al. quas; falso.

4) Scil. noster censet, quod et Livius Virgiliusque habent, Herculem incolumem ex Hisp. in Italiam venisse.

5) Contr. ex quibusque. Curtius edendo qui que, quod pro quoque dictum sit; nugatur. Nostrum habent et MSS, et editi optimi.

dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. sed Persæ intra Oceanum 1) magis: iisque alveos navium inversos pro tuguriis habuere; quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emundi, aut mutandi copia erat; mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paulatim per connubia Gætulos 2) sibi miscuere: et quia saepe tentantes agros, alia, deinde alia, loca petiverant, semet ipsi *Numidas* 3) appellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ *mapalia* illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. Medis autem et Armeniis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum 4) agitabant; Gætuli sub sole magis, haud procul ab aridibus). hique 5) mature oppida habuere; nam freti divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant, nomen eorum paucatim Libyes corrupere, barbara lingua *Mauros*, pro Medis, appellantes. Sed res Persianarum brevi adolevit: ac postea, 6) nomine *Numidae*

1) h. s. ad mare Atlanticum: quod mox dicit Mare magnum.

2) Sic Codd. Ald. et al. Vulg. secum. Cort. pro more utrumque respuit.

3) Sic Romani dicunt pro Nomadas. Plin. Hist. N. V.

3. Numida vero Nomades a permutandis pabulis: mapalia sua, id est domos, plaustris circumferentes. Eliam Graecis *νέμειν* est pascere.

4) s. Mediterraneum, quod alias nostrum dixit.

5) Medi cum Arm. non, ut alii volunt, Libyes soli: quod vel ex sqq. nomen eorum eto. patero potuit.

6) Ita plerique Codd. et Cortius edidit; cum iam Aldina, Crispinus cett. dedissent *Numina* non *nomen*. Sed



portuofum: ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: cœlo terraque penuria aquarum 1). Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum. plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere, nam morbus haud sæpe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint; quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diversum est: tamen, uti ex libris Punicis, qui Regis Hiempalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique 2) rem sese habere cultores eius terræ putant, quam paucissimis dicam. ceterum fides eius 18 rei penes auctores erit. Africam initio habuere Gætuli et Libyes, asperi, inculti; quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, neque imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes, 3) qua nox coegerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant 4), interiit; exercitus eius, compositus ex variis gentibus, amissio duce, ac passim multis, sibi quisque 5), imperium potentibus, brevi di-

1) Ita et Curt. IV; 7, n. 6. terra cœloque aquarum penuria est.

2) et uti:

3) Sic. et Ald. Al. quas; falso.

4) Scil. nosfer censet, quod et Livius Virgiliusque habent, Herculem incolunem ex Hisp. in Italianam venisse.

5) Contr. ex quibusque. Coitius edendo quique, quod pro quoque dictum sit; nugatur. Nostrum habent et MSS, et editi optimi.



dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. sed Persæ intra Oceanum 1) magis: iisque alveos navium inversos pro tuguriis habuere; quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emundi, aut mutandi copia erat; mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paulatim per connubia Gætulos 2) sibi miscuere: et quia saepe tentantes agros, alia, deinde alia, loca petiverant, semet ipsis *Numidas* 3) appellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ *mapalia* illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. Medis autem et Armeniis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum 4) agitabant; Gætuli sub sole magis, haud procul ab aridibus). hique 5) mature oppida habuere; nam freti divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant, nomen eorum paucatim Libyes corrupere, barbara lingua *Mauros*, pro Medis, appellantes. Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea, 6) nomine *Numidae*

1) h. e. ad mare Atlanticum: quod mox dicit Mare magnum.

2) Sic Codd. A l d. et al. Vulg. secum. Cort. pro more utrumque respuit

3) Sic Romani dicunt pro *Nomadas*. Plin. Hist. N. V.

3. Numidæ vero Nomades a permutandis pabulis: mapalia sua, id est domos, plaustris circumferentes. Etiam Graecis *reipes* est pascere.

4) s. Mediterraneum, quod alias nostrum dixit.

5) Medi cum Arm. non, ut alii volunt, Libyes soli: quod vel ex sqq. nomine eorum eto. patero potuit.

6) Ita plerique Codd. et Cortius edidit; cum iam Aldina, Crispinus cett. dedissent *Numinas* nomen. Sed



propter multitudinem a parentibus digressi, possidere ea loca, quæ proxime Carthaginem *Numidia* appellatur. dein utrique 1), alteris freti, finitimos armis aut metu sub imperium cogere, nomen gloriamque sibi addidere: magis hi, qui ad nostrum mare processerant; quia Libyes, quam Gætuli, minus bellicosi. denique *Africæ* pars inferior 2) pleraque ab Numidis possessa est: victi omnes 3) in gentem no-  
menque imperantium concessere. Postea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine, sollicitata plebe aliisque novarum rerum avidis, Hippone, Hadrumetum, Leptim 4) aliasque urbes in ora maritimas condidere: hæque brevi multum auctæ, pars originibus præsidio, aliæ decori fuere. nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere; quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon 5), qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari; prima Cyrene 6) est, colonia Thereon 7) ac deinceps duæ Syrtes, in-

in aliis l. nomine omissum, l. uti in editione Putschii  
*Nomo-Numidæ* quod ineptum eſt. Vult autem nosser  
 sub nomine *Numidarum* egressus esse Persas.

1) Scil. *Numidæ*, et agrestes illi, *Gætulis* affines, et qui ab his digressi ad mare processerant.

2) s. quæ est ad mare mediterr.

3) Scil. *Libyes*. 4) Int. parvam.

5) Int. *Numidiam* et *Catabathmon* maiorem; quæ ab Ampsaga fluvio ad *Cyrenaicam* est, alias *Africa propria* s. *Carthaginensis*.

6) Unde regio *Cyrenaica* dicta.

7) *Strabo* L. XVII, p. 575 *Cyreneū vocat Θηραιων κτίσμα*  
 coloniam *Thereon* s. *Theræorum*, qui *Laconiam* insulam *Theram* (*supra Cretam*) habebant.

terque eas Lépis 1) : dein Philemon atæ, quem Aegyptum versus, finem imperii habuere Carthaginenses: post aliæ Punicæ urbes. Cetera loca usque ad Mauretaniam Nûmidæ ténent: proxime Hispaniam Mauri sunt. super Numidia in Gætulos acceperimus partim in tuguriis, alios ineuctius vagos agitare; post eos Aethiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino pléraque ex Punicis oppida et fines Carthaginensium, quos novissime habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Gætulorum magna pars, et Numidia usque ad flumen Mulucham sub Iugurthâ erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, cetera ignarus populi Romani; itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa et eius incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

Postquam regno diviso, legati Africa discessere, 20 et Iugurtha contra timorem animi 2) præmia sceleris 3) adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia esse; simul et illoruin pollicitationibus accusus, quos paulo ante muderibus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. ipse acer, bellicosus: ad is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, oportunus iniuriæ 4), metuens magis quam metuendus. Igitur ex impro-

## G. 2.

1) Magna.

2) h. e. contra quam timuerat

3) Præter impunitatem etiam dimidia pro tertia, eaque minor pars Numidæ.

4) Passive sumitur; s. cui iniuria inferatur.



viso fines eius cum magna manu invadit: multos mortales cum pecore atque alia præda capit, ædificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit, dein cum omni multitudine in regnum suum convertit: existumans dolore permotum Adherbalem iniurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli causam fore. At ille, quod neque se parem armis existimabat, et amicitia populi Romani magis quam Numidi fatus erat, legatos ad Jugurtham de iniuriis questum misit. qui tametsi contumeliosa dicta retulerant; prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum summere, quia tentatum antea secus cesserat. Neque tamen eo magis cupido Jugurthæ minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam invaserat. itaque non, ut antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit; et aperte totius Numidiæ imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbes, agros vastare, prædas agere; suis animum, terrorem hostibus augere. Adherbal ubi intelligit, eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum; necessario copias parat, et Jugurthæ obvius procedit. Interim haud longe a mari, prope Ciuitam oppidum, utriusque consedit exercitus: et quia 1) diei extremum erat, prælium non incepsum. ubi plerumque noctis prou-

1) Cortius præter Codd. restituit die, ut antiquum genit. Vetustiores enim declinabant dies, die l. dii; cf. Gellius IX, 14 extr. quem locum infra ad c. 97 excitamus. Nollimus tamen a ratione grammatica discedere h. l. quod sic et ubique fide pro fidei, alia similiter scribenda fuissent. Verborum auxilios legant, quomodo volint.



cessit, obscuro etiam tum lumine, milites Iugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtam 1) profugit: et ni multitudo togatorum 2) fuisset, quae Numidas insequentes mœnibus prohibuit, uno die inter duos reges cœptum atque paratum bellum foret. Igitur Iugurtha oppidum circumfedit, vineis turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur; maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos ante prælium factum, Romam ab Adherbale missos, audiverat. Sed postquam Senatus de bello eorum accepit; tres adolescentes in Africam legantur, qui ambo Reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient, *velle et censere, eos ab armis discedere: de controversiis suis iure potius quam bello disceptare: ita sequi 3) illique 4) dignum fore.* Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum prosciscī parant, de prælio facto et oppugnatione Cirtæ audiabatur. sed is rumor clemens 5) erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: *Sibi neque maius quidquam, neque carius iuctoritate Senati: ab adolescentia ita enīsum, uti ab optumo quoque probaretur: virtute, non malitia P. Scipioni, summo viro, placuisse: ob easdem artes*

1) Regiam olim Syphacis; quo victo Massinissa cessit.

2) s. Italicorum, qui negotiandi aut itineris causa multi erant in oppidiis Africæ.

3) Scil. S. P. Q. R.

4) Regibus.

5) s. mitis, non nimis aspera nuntians.



ab Micipsa; non penuria liberorum, in regnum adoptatum: ceterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare: Adheralem dolis vitae suaे insidiatum; quod ubi compierisset, sceleri obviam iſſe: populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium ſeſe prohibuerint: poſtremo de omnibus rebus legatos Romam brevi miſſurum. Ita utrique 1) digre-  
 23 diuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit. Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque, propter loci naturam, Cirtam armis expugnare potest, vallo atque fossa mœnia circumdat, turres extruit, easque præſidiis firmat: præterea dies, noctes, aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus mœniūm præmia modo, modo formidinem ostendare; suos hortando ad virtutem erigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intelligit, omnes suas fortunas in extremo sitas, hostiem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessarium bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duo maxime impigros delegit, eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proximum ma-  
 24 re, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iussa efficiunt. literæ Adherbalis in Senatu recipitæ, quarum sententia hæc fuit.

*Non mea culpa ſaepe ad vos oratum mitto, Patres conscripti; sed vis Iugurthæ subigit, quem tanta lubido extinguendi me inváſit, uti neque vos, neque*

3) Nemps Iugurtha et legati.



*Deos immortales in animo habeat; sanguinem meum  
quam omnia, malit. Itaque quintum iam mensem,  
socius et amicus populi Romani, armis obsessus teneor,  
neque mihi Micio p[ro]p[ter]ae patris 1) beneficia, neque vestra  
decreta auxiliantur. ferro, an fame acrius urgear,  
incertus sum. Plura de Iugurtha scribere, dehorta-  
tur fortuna mea: etiam antea expertus sum, parum  
fidei miseris esse. nisi tamen 2) intelligo, illum supra,  
quam ego- sum, petere: neque simul amicitiam  
vestram, et regnum meum sperare: utrum gra-  
vius existumet, nemini occultum est. Nam initio oc-  
cidit Hiempalem fratrem meum: dein patrio regno  
me expulit. quae sane fuerint nostrae iniuriae, nihil  
ad v[er]os. Verum nunc vestrum regnum armis tenet: me,  
quem imperatorem Numidis profuistis, clausum obsi-  
det: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea de-  
clarant. Quid reliquum, nisi vis vestra, quo 3) mo-  
veri possit? nam ego quidem vellem, et hacc, quae  
soribo, et quae antea in Senatu questus sum, vana  
forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret.  
Sed quoniam aq[ui] natus sum, ut Iugurthae scelerum  
ostentui essem 4): non iam mortem, neque aerumnas,  
tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis  
deprecor. Regno Numidia, quod vestrum est, uti  
lubet, consulite: me ex manibus impiis cripite, per*

1) Vulg. addunt me i, quod Grut. ciocit.

2) Nisi tamen correctioni inservit; quasi dico: Interim  
vos moneo. Graviorem vero suspicionem et invidiam mo-  
vebit.

3) Quo ad reliquum, non ad vis referendum.

4) Ut in me Iugurtha ostenderet scelerua sua.



ab Micipsa; non penuria liberorum, in regnum adoptatum: ceterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriā minus tolerare: Adherbalem dolis vitae suae insidiatum; quod ubi compérisset, sceleri obviam iſſe: populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium ſeſe prohibuerint: poſtremo de omnibus rebus legatos Romam brevi miſſurum. Ita utriq[ue] 1) digre-  
 23 diuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit. Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque, propter loci naturam, Cirtam armis expugnare potest, vallo atque fossa mœnia circumdat, turres extruit, easque præſidiis firmat: præterea dies, noctes, aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus mœniūm præmia modo, modo formidinem ostendare; suos hortando ad virtutem erigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intelligit, omnes suas fortunas in extremo fitas, hostem infestum, auxiliī ſpem nullam, penuria rerum necessarium bellūm trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duo maxime impigros delegit, eos, multa pollicendo, ac miserando caſum ſuum confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proximum ma-  
 24 re, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iuſſa efficiunt. literæ Adherbalis in Senatu recitatæ, quarum ſententia hæc fuit.

*Non mea culpa ſaepe ad vos oratum mitto, Patres conſcripti; ſed viſ Iugurthæ ſubigit, quēm tanta lubido extingueendi me invaſit, uti neque vos, neque*

2) Nempe Iugurtha et legati.



*Deos immortales in animo habeat; sanguinem meum,  
quam omnia, malit. Itaque quintum iam mensem,  
socius et amicus populi Romani, armis obsecus teneor,  
neque mihi Micipsae patris 1) beneficia, neque vestra  
decreta auxiliantur. ferro, an fame acrius urgari,  
incertus sum. Plura de Iugurtha scribere, dehorta-  
tur fortuna mea: etiam antea expertus sum, parum  
fidei miseris esse. nisi tamen 2) intelligo, illum supra,  
quam ego sum, petere: neque simul amicitiam  
vestram, et regnum meum sperare: utrum gra-  
vius existumet, nemini occultum est. Nam initio oc-  
cedit Hiempalem fratrem meum: dein patrio regno  
me expulit. quae sane fuerint nostrae iniuriae, nihil  
ad vqs. Verum nunc vestrum regnum armis tenet: me,  
quem imperatorem Numidis profuistis, clausum obsi-  
det: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea de-  
clarant. Quid reliquum, nisi vis vestra, quo 3) mo-  
veri possit? nam ego quidem vellem, et hacc, quae  
scribo, et quae antea in Senatu questus sum, vana  
forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret.  
Sed quoniam ea natus sum, ut Iugurthae scelerum  
ostentui essem 4): non iam mortem, neque aerumnas,  
tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis  
deprecor. Regno Numidiae, quod vestrum est, uti  
lubet, consulite: me ex manibus impiis cripite, per*

1) Vulg. addunt mei, quod Grut. citat.

2) Nisi tamen correctioni inservit; quasi dico: Interim  
vos moneo. Graviorem vero suspicionem et invidiam mo-  
vebit.

3) Quo ad reliquum, non ad vis referendum.

4) Ut in me Iugurtha ostenderet scelerata sua.



*maiestatem imperii per amicitiae fidem; si ulla apud vos memoria 1) avi mei Mafinissac.*

25 His literis recitatis, fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quam primum Adherbali subveniendum: de Jugurtha interim uti consuleretur, quoniam non paruisse legatis. Sed ab iisdem Regis fautoribus summa ope enim 2), ne decretum fieret. ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles, amplis honoribus: in quis M. Scævus, de quo supra memoravimus, consularis, et tum 3) in Senatu princeps. Hi, quod in invidiarum erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo navim ascendere: deinde brevi Uticam appuisti literas ad Jugurtham mittunt, quam occurreret ad provinciem accedat, seque ad eum ab Senatu missos. Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audiverat, contra inceptum suum venisse; primo commotus, metu atque lubidine diversus agitabatur. timebat iram Senati, ni paruisse legatis: porro animus cupidine

1) Valgo inserviat remaneat, quod COR. sde Codd. recte expressit.

2) Passite dicuntur.

3) Sic maxima pars codd. cum Ald. AL in sen. potest.

AL. senatus princeps. COR. ex arbitrio Senati  
princ. Valer. Max. IV, 4 extr. M. Scævum Se-  
natus principem fratre dixit; Cic. in Bruto sena-  
torum sententia principem. Primus vero inter Cen-  
sores legebatur a censoribus princeps Senatus L. in Senatu,  
cf. Liv. XXVII, 21. Gell. IV, 10.

cæcus ad inceptum scelus rapiebat. vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nilitur; maxime sperans, diducta 1) manu hostium, aut vi; aut dolis sese casum victoriae inventum. Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, uti prius, quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi Senati verbis minæ graves nunciabantur, quod oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere. Ea postquam Cirtæ audita sunt; 26 Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, consili, ditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, *uti seque et oppidum Iugurthae tradat, tantum ab eo vitam paciscatur: de ceteris Senatūl curac fore.* At ille tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur; quia penes eosdem, si adversaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, ditionem facit. Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat: dein omnes puberes Numidas et negotiatores promiscue, uti quisque 2) armatis obvius, interfecit. Quod postquam Romæ cognitum, et res in Senatu 27 agitari coepit; iidem illi ministri Regis, interpellan-

1) Dispersa in omnes partes moenium, cum ubique et omni ex parte Iugurthinis esset refendum.

2) Alii ab Aldo armatus ob. fuerat. Sed ex MSS. melioribus Ciaccon. et Grut. cum Crispino etc. videre armatis; et Cortius debet fuerat.



do ac s̄epe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer et infestus potentiaz nobilitatis, populum Romanum edocuisset, *id agi, uti per paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur*, profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa erat. tanta vis gratiæ atque pecuniæ Regis. Sed ubi Senatus, delicti conscientia, populum timet; lege Sempronia <sup>1)</sup> provinciæ futuris Consuliōbus, Numidia atque Italia, decretæ: Consules declarantur P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. dein exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, alia, quæ bello usui forent, decernuntur. At Iugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romæ omnia venum ire in animo hæserat; filium et cum eo duo familiares ad Senatum legatos mittit: hisque, ut illis, quos Hiempfale imperfecto miserat, præcipit, omnes mortales pecunia aggrediantur. Qui postquam Romanum adventabant; Senatus a Bestia consultus, *placeretne legatos Iugurthae recipi moenibus.* iique decrevere: *nisi regnum, ipsumque deditum renissent, uti in diebus proximis decem Italia decederent.* Consul Numidis ex Senati decreto nunciari iubet. ita infectis rebus illi domum

<sup>1)</sup> Ut quotannis ante comitia consularia designandis consulibus provinciæ determinarentur duæ, ex omni numero selectæ, quæ propterea consulares dictæ. Relinquebatur autem Hispaniam arbitrio, ut eas provincias compararetur inter se, et forte dividereat, postquam Senatus exercitum aliquæ utilia illis decrevisset.

discendunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita foce sperabat; inquis fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. nam in Consule nostro multæ bonæque artes animi et corporis erant: quas omnes avaritia præpediebat. patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignorans, firmissimus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectæ, igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multos mortales, et urbes aliquot pugnando capit. Sed 29 ubi Iugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere cœpit; animus, æger avaritia, facile conversus est. Ceterum socius et minister omnium consiliorum. assumitur Scaurus. qui tametsi a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrume Regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans, se aliquid interim Romæ pretio aut gratia effecturum. postea vero quam participem negotii Scaurum acceperat; in maxumam spem adductus recuperandæ pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus præsens agere. Ceterum interea, fidei causa i) mactatur a Consule Sextius Quæstor in oppidum Iugurthæ,

i) ut obses fidei.

2) Codd. variant. alii Vaccam, alii Vacam, alii Vagam, in quod consentiunt Ptolem. Plin. Plut. Silius, Augustin. rec. Corte.

Vagam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat; quoniam deditonis mora induciæ agitabantur. Igitur Rex, uti constituerat, in castra venit: ac pauca, præsentि consilio 1), locutus de invidia facti 2) sui, atque in deditonem uti acciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per saturam 3) exquisitis 4) sententiis, in deditonem accipitur. Sed uti pro consilio 5) imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere Quæstori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos 6) proficiscitur. in 3º Numidia et exercitu nostro pax agitabatur. Postquam res in Africa gestas, quoque modo actæ forent, fama

1) Scil. bellico; quale solebat adesse more Rom. imperatori bellico; cf. infra c. 62 et Vellei II, 80 n. 3.

2) Ita ex Codd dedit Riviūs. Cōrtius præter codd. eiicit sui. A verbo locutus regitur et de inv. et uti in d. a.. Dissolvere autem nitebatur invidiam criminis.

3) h. e. perturbate, consule, ut non audirentur ordine, qui forte monere aliquid vellent. Dictio translatæ a lance saturæ, quæ omnigenarum suorum primitiis referta offerebantur Cereri et Baccho; unde quæ per turbam confusa dabuntur suffragia, per saturam serri dicta, ut ex exemplis patet, ap. Feſtum et Diomedem in Gramm. qui tamen aliquam legem saturam h. e. multis aliis legibus confortam parum scite singunt.

4) Scil. a consule sententiis affessorum.

5) h. e. ut infra c. 62 ex consili decreto. Gellius XI, 3. exemplum assert: pontifices pro collegio docrevisse.

6) h. e. ad rogandum populum de magistratibus in proximum annum creandis.

divulgavit, Romæ per omnes locos et conventus de facto Consulis agitari. Apud plebem gravis invidia: Patres 1) solliciti erant; probarentne tantum flagitium, an decretum Consulis subverterent, parum confabat. ac maxime eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiæ ferebatur, a vero bono 2), impeditiebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenui et odio potentiae nobilitatis supra diximus 3), inter dubitationem et moras Seoati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rem publicam, ne libertatem suam defererent: multa superba, crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existimavi, unam ex tam multis orationem prescribere, ac potissimum, 4) quæ

1) Verba solliciti erant, delet Cortius suspicione Gruteri modesta immodestius et contra Codd. abusus.

Non vero redundat; sed lqq. rationem addunt, ob quam fuerint solliciti. Scil. eorum animis parum confabat, probarentne an ei. Sic Liv. XX, 46 init. XXX, 28 init. itemque II, 3<sup>a</sup> patres timore plebem, incerti etc.

2) Vulgo cum copula bonaque. Sed MSS. variant. Et inter illa s̄epe copula abesse solet.

3) c. 27.

4) Codd. Aldi et 16 ap. Cortium addunt eam dicam quam, al. ea d. que verba Grut. spuria iudicavit. Guelf. 7. omitt. dicam; hinc Cort. utrumque delet, sed retinet verba in concione, que pariter Grut. abesse voluit. Nescio ap., qui eam dicam quam, etc. subdideret, volueret dicas actionem, orationem accusatoriam, ut Verrinas illas. Sed nec verbum congrueret.



in concione post redditum Bestiae huiuscemodi verbis  
differuit.

31 *Multa me dehortantur a vobis 1), Quirites, ni  
studium reipublicae omnia superet: opes factionis 2),  
vestra patientia, ius nullum; ac maxime, quod in-  
nocentiae plus periculi, quam honoris, est. Nam illa  
quidem piget dicere, his annis 3) XX quam ludibrio  
fueritis superbiae paucorum; quam foede; quamque  
inulti perierint vestri defensores; ut 4) vobis animus  
ab ignavia atque secordia corruptus sit: qui ne nunc  
quidem, obnoxiiis inimicis 5), exsurgitis, atque etiam  
nunc timetis 6), quibus decet terrori esse. Sed quam-  
quam haec talia sunt; tamen obviam ire factionis  
potentiae, animus subigit. certe ego libertatem, quae  
mihi a parente tradita est, experiar: verum id fru-  
stra, an ob rem faciam, in vestra manu situm, Quiri-  
tes. Neque ego hortor, quod saepe maiores vestri fe-*

*1) h. e. deterreant a studio Vestrū s. a vobis defendendis.  
2) Cortius parum acute vult: Multa sunt a Vobis, h.  
erā parte vestrū, quæ dehortentur; sed sic non dici-  
tur, a qua re dehortentur multa nec in plebe erat nisi  
patientia; non opes quæ dicet.*


2) Nobiles eisque potentes inquit.

3) Vulgo XV. sed Codd. variant. nonnulli XII vel X. Tum  
iunuit Memmius mox Gracchos, quorum Tiberius  
ante XXII annos Caius ante X periē. Igitur in nostro  
minus erramus:

4) s. quam, quomodo.

5) h. e. cum inim. vestri obligati ob noxam, in flagitio depre-  
henſi, sit.

6) Vulgo addunt eos, et posse quibus inserunt vos, quod  
multi codd. reiiciunt Utrumque recte abest. Alia eiusmodi  
omittimus, nostra notare.



cere, uti oontra iniurias armati eatis. Nihil vi, nihil secessione opus: necesse est, suomet ipsi more precipites eant. Occiso Tiberio Graccho, quem regitum parare aiebant, in plebem Romanam quæstiones 1) habitæ sunt. Post C. Gracchi et M. Fulvii caedem, item multi vestri ordinis 2) in carcere necati sunt: utriusque clavis non lex, verum lubido eorum finem fecit. Sed 3) sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur 4), iure factum sit. Superioribus annis taciti indignabamini, aerarium expilari; reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eosdem et summam gloriam, et maximas divitias esse: tamen haec talia facinora impune suscepisse parum habuere. itaque postremo leges, maiestas vestra, divina et humana omnia hostibus 5) tradita sunt. Neque eos, qui fecere, pudet aut poenitet: sed incedunt per ora vestra 6) magnifici, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes; perinde quasi ea honori 7), non praedae

1) Addunt alii graves, quod Grut. iubentibus Codd. expunxit. Sequuntur Wasse et Cort.

2) Scil. plebii.

3) Concedit adversæ parti, quod cum ironia retorquet.

4) Antiqui etiam passiva forma usi sunt, cf. Ter. Hec. III, sc. 8, v. 57 forma nolei non quita eft. Plaut. Rud. IV, 4, 20 ut nequitur comprimi. Lucret. I, 1045. Ulcisci h. l. passive sumitur.

5) Iugurtham intelligit.

6) h. e. in vestro conspectu. Al. magnifice.

7) Honos (inquit Cic. de orat. c. 81) est præmium virtutis, iudicio & audioque civium delatum ad ali. quem.



*habeant. Servi acre parati imperia iniusta dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati, aequo animo servitutem toleratis. At qui sunt hi, qui rem publicam occupavere? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani avaritia, nocentissimi, iidemque superbissimi; quis fides, decus, pietas, postremo honestas atque inhonesta omnia quaestui sunt. Pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quæstiones iniustas, plerique caedem in vos fecisse, pro munimento habent. Ita quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. metum a scelere suo ad ignaviam vestram transtulere, quos omnes eadem cupere, eadem odiisse, eadem metuere 1) in unum coëgit 2). sed haec inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quod si tam libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt; profecto neque respublica, sicuti nunc, vastaretur; et beneficia vestra penes optumos, non audacissimos, forent. Maiores vestri, parandi iuris 3) et maiestatis constituendae 4) gratia, his 5), per secessionem, armati Aventinum occupavere: vos*

*pro*

- 1) Non enim iam vos metuunt ob scelera sua, sed ~~tobis~~, per ignaviam s. patientiam vestram, metui sunt hi, qui iam aduersus vos se coniunxere.
- 2) Infinitivi pro nominativis sunt, quasi sit, quos, pars <sup>Co</sup>luntas, noluntas, periculum, coëgit in unum cf. Catil. c. 20. nam idem velle, atque nolle, ~~ea~~ deum firma amicitia est.
- 3) Juris æqui s. libertatis, cui adessent tribuni pl. cf. Liv. III, c. 55.
- 4) Abrogato scil. decemvirali imperio, restitutum inde est consulari, ac restituto consulari tribunicia pot.
- 5) cf. Liv. II, 32 et III, 50 sqq.



pro libertate; quam ab illis accepistis, non summa  
ope nitemini? atque eo 1) tehcmentius, quod maius  
dedecus est, parta amittere, quam omnio non para-  
visse. Dicet aliquis: Quid igitur censes? vindican-  
dum in eos, qui hosti prodidere rempublicam: non  
manu, neque vi, quod magis 2) vos fecisse, quam illos  
accidisse indignum; verum quaestionibus et indicio  
ipsius Iugurthae. qui si dediticius, profecto iussis ve-  
stris obediens erit: sin ea contemnit, scilicet 3) aestu-  
mabitis, qualis illa pax, aut deditio sit, ex qua ad  
Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos 4) maxime  
divitiac, in rempublicam damna, dedecora pervene-  
rint. nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum  
5) satietas tenet; et illa 6), quam haec 7) tempora,  
magis placent; cum regna, provinciae, leges, iura,  
iudicia, bella, paces, posiremo divina et humana om-  
nia penes paucos erant. Vos autem, hoc est, populus  
Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium  
gentium, satis habebatis animam retinere. nam fer-  
vitutem quidem quis vestrum reousare audebat? Atque  
ego tametsi viro flagitiosissimum existumo, impune in-  
iuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissimis

1) Ita Cort. ex Codd. Al. quo.

2) Cod. unius auctorit. Cort. male expunxit vos.

3) Cortius praesert ex ilumabitis. Nos Aldo, Rivo et  
Grut. etc. accedimus.

4) Vulg. addunt potentes; quod glossema absit ut Catil.  
c. 20 extr. et mox.

5) Ciaccon. mavult satias, quomodo nosler fragm. hist.  
II teste Nonio habet; et scripsere Terent. Liv. aliquo.

6) Quibus post Gracchorum eadem oppressi eris.

7) Quibus in obnoxios vindicare poteris.



*ignoscere, quoniam cives sunt, aequo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset. nam et illis, quantum importunitatis habent, parum est, impune male fecisse 1), nisi deinde faciundi licentia eripitur: et vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligitis, aut serviendum esse, aut per manus 2) libertatem retinendam. Nam fidei quidem aut concordiae quae spes? Dominari illi volunt; vos liberi esse: facere illi iniurias; vos prohibere: postremo sociis vestris 3) veluti hostibus, hostibus 4) pro sociis utuntur. Potestne in tam diversis mentibus pax aut amicitia esse? Quare moneo hortorque, ne tantum scelus impunitum 5) omittatis. Non peculatus aerarii factus est, neque per vim sociis eruptae pecuniae: quae quamquam gravia, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Hosti acerrimo, prodita Senati auctoritas, proditum imperium vestrum: domi militiaeque respublica venalis fuit. Quae nisi quaesita erunt, ni vindicatum in noxiis: quid reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? nam impune quaelibet facere, id est Regem esse. Neque ego, Quirites, hortor, ut malitis cives vestros perperam, quam recte fecisse 6); sed ne,*

1) Nam et illi pro sua effrenata libidine et audacia incredibili, haud contenti erunt, adhuc imp., male fecisse, sed plura audebunt, nisi etc.

2) Per vim et arma.

3) Adherbalem innuit.

4) Iugurtham innuit.

5) Sic MSS. Aldus. Rivi. Sed Carri. etc. dimitatis.

6) h. e. ut iræ et invidiæ, quam recip. consulere malitis; s. ut poenam voluptati habeatis, sed ut documentum flatuatis, que alii illorum maleficâ imitari audeant.

*ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in republica multo praefat beneficii, quam maleficii immemorem esse. bonus tantummodo segnior sit, ubi neglegas; at malus improbior. Ad hoc si iniuriae non sint, haud sacpe auxili egeas 1).*

Hæc atque alia huiuscetodi sæpe 2) dicundo, 3) Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, 3) eumque interposita fide publica, Romam duceret; quo facilius indicio Regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniae captæ arcerebant, delicta patesierent. Num hæc Romæ geruntur, qui in Numidia felici a Bestia exerciti præerant, sequuti morem imperatoris, plurima et flagitiosissima facinora feceré fuere, qui auro corrupti elephantos Iugurthæ traderent, alii perfugas 4) vendere, et pars ex pacatis prædas agebant: tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius, 5) populi Romani perlata rogatione a C. Memmio, ac petulsa omni nobilita-

H g

1) Sic pœnis detorreas malos potentes ab iniuriis faciendis, ita ut hæc paucissime siant; ratissime etiam egebit Pop. Rom. remediis.

2) Sic. codd: Ald. Riv. Ciacc. Putsch. eit. Grüt. ex multis codd. in dicendo, quem multi edd. secuti;

3) Cort. frustra delet eumque.

4) Sic distinguimus quod est in Ald. Riv. cet. venderent, et conciliamus cum eo quod "Cortio placuit vendere pars agebant. Sic Tacit. Ann. XV, 13 pars et alii.

5) Ita cet. Ald. Riv. Alii pro pop. Rom. habeat prætor. hic Cort. suo more neutrum admittit.



te, ad Iugurtham proficiscitur. eique timido et ex conscientia dissidenti rebus suis persuadet, 1) quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam experiri mallet: privatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. talis ea tempestate fama de Cassio erat. Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxime miserabili, cum Cassio Romanum venit, ac tametsi in ipso magna vis animi erat, 2) confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta gesserat, C. Bæbium tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniurias omnes 3) munitus foret. At C. Memmius, advocata concione, quamquam Regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci iubebat, pars ni socios sceleris aperiret, more maiorum, de hoste supplicium sumi; dignitati, quam iræ, magis consulens, sedare motus, et animos mollire; posiremo confirmare, fidem publicam per se inviolatam fore. post, ubi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit: *Romanæ Numidiaque facinora cius memorat; scelera in patrem fratresque ostendit. quibus iuvantibus quibusque ministris egerit, quamquam intelligat populus Ro-*

1) Aldina: quo populo Rom. dedisset et plures Codd. quo; deditque Cort. nostrum inde a Badio alii rectius præserunt. (Scriebant, certe sec. XII. quo pro quoniam). Glareanus coniecit quando.

2) Alii Codd. habent tamen confirm. Aldina Riv. differunt tamen, legendo mox Caium tamen Bæbium. Cort. multa inepte differit. Constructio plana est neque ager tamen; cf. Ter. Eun. II, 3, 24, etc.

3) Contra vim omnem s. iustam s. iniustam,



*manus: tamen velle manifesta magis ex illo habere. si vera aperiret, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi situm: fin reticet, non sociis saluti fore; 1) sed se suaque spes corrupturum.* Dein, ubi 34 Memmius dicundi sinem fecit, et Iugurtha respondere iussus est, C. Baebius tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere iubet. ac tametsi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, voltu, saepe impetu atque aliis omnibus, quae ira fieri amat 2): vicit tamen impudentia 3). Ita populus ludibrio habitus ex concione discessit; Iugurthæ Bestiæque et ceteris, quos illa quæstio exagitabat, animi augescunt. Erat ea tempestate Romæ Numida quidam, nomine 35 Massiva, Gulussæ filius, Masinissæ nepos, qui, quia in dissensione regum, Iugurthæ adversus fuerat, dedita Cirta, et Adherbale imperfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proximo anno post Restiam cum Q. Minucio Rufo Consulatum gerbat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissæ sit, Iugurthamque ob scelera invidja cum metu urgeat 4),

1) *Vulg. retinemus, quam et Codd. Ald. habuerunt. Frustra Cortius ex quibusdam Codd. omisit sed, redditique sese.*

2) *Quæ per iram fieri solent.*

3) *Scil. uno Trib. pl. resistente frustra erat, quicquid ceteri tentarent.*

4) *h. e. odium premebat hoc maius, quod metuebatur. Et certo metuendum erat Romanis ab homine audentissime ad omne facinus. Metus, ut invidia h. l. pallive dicuntur. Cort. hunc metum esse volens Iugurthæ, qui ipse dudum timoret, ne regna excideret parum sapit.*



regnum Numidiæ ab Senatu petat. Avidus Consul belli gerundi novari, quam senescere <sup>1)</sup> omnia malebat. ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quæ postquam Massiva agitare cœpit, neque Iugurthæ in amicis satis præsidii est, quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor <sup>2)</sup> impedit; Bomilcari, proxumo ac maxume fido sibi, imperat, *pretio*, sicuti multa confecerat, *insidatores Massivac paret: ac maxume occulte; sin id parum procedat* <sup>3)</sup>, *quovis modo* <sup>4)</sup> *Numidam interficiat.* Bomilcar mature regis maudata exsequitur: et per homines, talis negotii artifices, itinera egressusque eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, paulo inconsultius Massivam aggreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis

<sup>1)</sup> Codd. multi et odd. *priscæ*, etiam Ald. et Gryph. movere: quæ verbi forma cum non responderet intransitive *senescere omnia*, referibi cœpit moveri. Sed amplectimur, quod Guelf. 11. ap. Cortium habet novari h. e. iterari sc. bellum i. omnia. Sic noster Cat. c. 55. ne quid novaretur et infra c. 36. Albinus renovato bello. Verbum *senescere* h. l. notat, componi s. remitti. Sic Liv. V, 21. *pugna senescit.*

<sup>2)</sup> Vulg. addunt animi, quod in melioribus codd. abest, meritoque omissum in Aldina, nec Grut. et Cort. placuit

<sup>3)</sup> Respondent sibi maxume *sin id parum pr. uti* infra c. 46: *maxume virum*, *sin id parum pr. necatum* etc.

<sup>4)</sup> Vox *Numidam nobis redundant*, nec sic dixisset sorte Iugurtha.

Albino consule, indicium profitetur 1). Fit reus magis ex æquo bonoque 2), quam ex iure gentium, Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica venerat. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animum advertit, supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione 3) ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos populares metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumtum foret. et ipse paucis diebus prosectorus est, iussus ab Senatu Italia decidere 4). sed postquam Roma eges.

1) h. c. propofita impunitate auctorem et latebras sceleris, cuius ipse particeps indicaturus.

2) Ex clementi iustitia, in re capitali, permittebatur, ut reus non ipse in publico detineretur, sed vades daret; sed ex iure gentium, quo, ab ipsa ratione inter homines constituto, gentes inter se utuntur, Bomilcar, immo ipse Iugurtha, fractæ fidei publicæ, qua venerant, rei, non amplius a vi et iudicio tuti esse poterant, sed detinendi et damnandi erant. Unus Glareanus verum vidit; ceteri interpretos omnes h. l. a. mente aberrant.

3) Int. quam Memmius intenderat ipsi Regi. Vades vero a Rego dati non solum iphius, sed et suorum, quos habuit comites, sponsores esse debuerunt. Alii exponunt maleq. d. in hac ipsa de cædo Massivæ actione prima, h. c. ip actionis principio.

4) Sed Livius epit. LXIV. de Iugurtha: et propter cùdem admissam in Massivam quum periclitatur; causam capit is dicere iussus, clam profugit, et cedens urbe fertur dixisse: o ux. bzm etc. cf. Flor. III, c. 1, n. 8 et 9.



sus est, fertur saepe eo tacitus respiciens; postremo  
 dixisse: *urbem venalem et mature perituram, si emto-*  
 36 *rem invenerit.* Interim Albinus, renovato bello, com-  
 meatum, stipendium, alia, quæ militibus usi fo-  
 rent, maturat in Africam portare: ac statim ipse pro-  
 fectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe  
 aberat, armis aut ditione, aut quovis modo bel-  
 lum conficeret. At contra Jugurtha trahere omnia,  
 et alias, deinde alias moræ causas facere: polliceri  
 ditionem, ac deinde metum simulare: instanti ce-  
 dere, et paulo post, ne sui diffiderent, infiare: ita  
 belli modo, modo pacis mora Consulem iudicare.  
 Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii  
 regis existumarent; neque ex tanta properantia tam  
 facile tractum bellum secordia magis, quam dolo  
 crederent. Sed postquam, dilapo tempore, comi-  
 tiorum dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in ca-  
 37 stris pro Prætore relicto, Romanum decepsit. Ea tem-  
 pestate Romæ seditionibus tribunicis atrociter res-  
 publica agitabatur. P. Lucullus et L. Aenius, tri-  
 bunis plebis, resistentibus collegis, continuare magi-  
 stratum nitebantur: quæ dissensio terminis anni comitia  
 impediebat. Ea mora in spem 1) adductos Aulus,  
 quem pro Prætore in castris relictum supra diximus,  
 aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege  
 pecuniae capiundæ, milites mensa Ianuario ex hiber-  
 nis in expeditionem evocat: magnis mineribus, hieme  
 aspera, pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis the-

1) In spem aut belli eos. aut per terrorem, quæ ex-  
 ercius Rom. Jugurthæ illatus sit, ab eo pecuniae ca-  
 piundæ.

sauri erant. Quod quamquam et sævitia temporis, et opportunitate loci, neque capi, neque consideri poterat; nam circum murum, situm in prærupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem fecerat: tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine cæcus 1), vineas agere, aggerem iacere, alia quæ incepto usui forent, properare. At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus augere amentiam: missitare supplicantes legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare. denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones se se, veluti cedentem, insequenteretur. (ita delicta occultiora 2) fuere). Interea per

1) Ald. Riv. cett. edd. et maxima pars codd. hic ob thesauros oppidi potiundi insertum habent, quod abiit ab Wassei duobus codd. Unus ap. Cort. et Cod. Erlang. ob thesauros potiundos. scriptum sorsan aut cupidine cæca, ob thes. oppidi potiundi; sed placet Cortium sequi, qui quatuor verba, ut glossema selecuit.

2) Nos verba ita - fuere uncinis includimus, dubitantes, snt ne a Sall. an a glossatore; quæ ex margine irreperint, perfecta. Fuere autem rescribimus pro soro ex MS. Commel. aliisque, quos edd. Putschianæ sequuntur. Ceterum somniantur interpretes delicta Auli cum Iugurtha. Ille sane, egregie deceptus a Iugurtha, turpem se dedit et exercitum; quod delictum erat re deinde male gesta, et manifestum. Verum si quod uncinis inclusimus, dictum a Sallustio putas, delicta Iugurthæ credas, qui exercitum corrupturus, dein circumventurus erat. neque sic Cort. probavit transmittendo hæc verba post defererent.



homines callidos die noctuque exercitum tentabat 1): centuriones ducesque turmarum, partim uti transfugerent, alii, signo dato, locum uti desererent. Quæ postquam ex sententia instruxit, intempesta, nocte, de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, tumultu percussi insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis: vis magna hostium, cælum nocte atque nubibus obscuratum, periculum anceps 2): postremo fugere, an manere, tu- tius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis milibus, transfere ad regem: et centurio primi pili tertiae legionis 3) per munitionem, quam, uti defen-

1) h. e. eius fidem pecunia corrumpebat. Itaque expungimus.  
glossema corrumpere, quod in textum irreperit post  
transfugerent, et abess in cod. Eccard. ap. Corr.  
neque is abnuit.

2) h. e. duplex s. utrinque metuendum, et ex vi hostium et  
ex obscurâ nocte.

3) Legio constabat X cohortibus, cohors III manipulis, manipu-  
lus II centuriis: scil. peditum præter quos et equi erant. Erant  
igitur LX. centuriones in legione, quorum duo uni mani-  
pu'o præerant, alteri priores s. dexteri, alteri inferiores s.  
sinistri; dexter centurio regebat totum manipulum. Tres ve-  
ro ordines militiae erant in legione; pilani s. Triarii, prin-  
cipes, hastati; iisque per omnes manipulos sparfi. Primi  
pili ductor præibat dignitate primum principem, primus  
princeps primum hastatum; et en ordine ab inferiori ordine  
militiae ad superiorem transire solebant. Primi igitur pili cen-  
turio dexter, primipilus vocatur; cuius primus erat ascensus  
ad gradum tribuui.

deret, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidæ cuncti irruperunt. Nostris fœda fuga, plerique abiectis armis, proximum collem occupaverunt. nox atque præda castrorum hostes, quo minus victoria uterentur, remorata 1) sunt. Dein Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: *tametsi ipsum cum exercitu fame, ferro clausum 2) teneat: tan:en se humanarum rerum memorem 3), si secum foedus faceret, incolumes omnes sub iugum misurum 4): praeterea, uti diebus decem Numidia decideret. Quæ quamquam gravia et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu 5) nutabant, sicuti regi li-*

1) Laudatur hic locus Grammaticis: unde discas, neutrum adhiberi recte, etiam ubi diversi generis res non ante dicantur.

2) Sic Cod. Guelf. ap. Cort. Rivius teneret. Vulgo pesume tenet; idque tamen Cortius propugnat.

3) Explicat Tacitus Annal. I, 72. cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictitans.

4) Liv. III, 28. Sed ut exprimatur tandem confessio, subiectam domitamque esse gentem sub iugum habituros. Tribus hastis iugum sit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata.

5) h. e. inclinat, versi, labentes. Si domus ruinam minitans, acies, fortuna, victoria animi etc. nutare dicuntur.

Tac. H. II, 76. init. Vespas. pavente: His pavoribus nutantem firmabant. Idem IV, 52. nutans discrimine urbs. Librarii vero freq. permutant inter se mutare et nutare. Neque igitur Gesn. in thes. probat, Cortium h. l. legere mutabant, idque passive interpretari. Alii etiam versi ad l. mutabantur l. multabantur l. minitabantur l. urgebantur etc. Nostrum est et in bonis Codd. et receptum, Gruterio, Crispino, Rutg. Hermann.



39 buerat, pax convenit. Sed ubi ea Romæ comperta sunt; metus atque moeror civitatem invasere. pars dolere pro gloria imperii; pars insolita rerum belli- carum timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxime, qui bello sæpe præclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem 1) quæsi- verat. Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris invidiā, ac deinde periculum timens, Senatum de fœ- dere consulebat: et tamen interim exercitui supple- mentum scribere, ab sociis et nomine Latino 2) au- xilia arcessere, denique modis omnibus festinare. Se- natus ita, uti par fuerat, decernit, *suo atque populi iniuſu nullum potuisse foedus fieri.* Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiicitur. nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit, quam- quam persequi Iugurtham et mederi fraternæ invidiæ animus ardebat; cognitis militibus, quos præter fu- gam, soluto imperio, licentia atque lascivia corru- perat, ex copia rerum statuit, nihil sibi agitandum.

40 interea Romæ C. Mamilius Limetanus tribunus ple- bis rogationem ad populum promulgat 3), uti quer- retur in eos, quorum confilio Iugurtha Senati decreta neglexisset; qui que ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, qui que perfug-

1) Al. quæsi verit.

2) Socii sunt Italici; extra Latium antiquum positi. No- men Latinum sunt Latini.

3) Proponit, ut, qui velit, intercedat; nullo intercedente lex feratur.

*tradidissent; item; qui de pace, aut bello cum hostiis pactiones fecissent.* Huic rogationi, partim conscienti sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac maxime per homines nominis Latini et socios Italicos, impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit, quantaque vi rogationem iusserit 1), magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicæ tanta luçido in partibus. Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiæ 2) supra docuimus, inter lætitiam plebis, et suorum 3) fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex 4) Mamilia rogatione tres quæstores 5) rogarentur, efficerat, ut ipse in eo numero crearetur. Sed quæstio exercita aspere violenterque, ex rumore et lubidine plebis.

1) Vulgo subditur decreverit, voluerit, quæ a novem Codd. ap. Cort. absunt et absurde à glossatoribus ingesta. Plebes sane non decernit, sed ex plebiscito Senatus tum iubere fortius est quam velle. Quod animo volamus, id verbis iubemus. Aliena denique sunt hæc verba a rogatione facientes igitur.

2) Vocem suisse, vulgo hic insertam, Cort. eodd. sive expunxit. Dixerat vero supra c. 28 et 29.

3) h. e. nobilium, maxime sociorum, qui, uti ipse Scaurus, a Jug. corrupti fuerant. hi fuderant ab ira plebis. Ille audens dissimulator remanserat.

4) Al. Mamiliana.

5) h. e. iudices publicarum quæstionum, qui præterant iudiciis extraordinariis in gravioribus criminibus, de quibus nulla lex.



ut s<sup>e</sup>pe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex se-  
 41 cundis rebus insolentia ceperat. Ceterum mos par-  
 tium, 1) popularium et Senati factionum, ac deinde  
 omnium malarum artium, paucis ante annis Rom<sup>a</sup>  
 ortus, otio et abundantia earum rerum 2), quæ pri-  
 ma mortales ducunt. Nam ante Carthaginem dele-  
 tam populus et Senatus Romanus placide modelle-  
 que inter se rempublicam tractabant. neque gloriæ,  
 neque dominationis certamen inter cives erat: metus  
 hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi  
 formido illa mentibus discessit; 3) illico ea, quæ se-  
 cundæ res amant, lascivia atque superbia, incessere.  
 Ita, quod in adversis rebus optaverant, otium, post-  
 quam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. nam-  
 que cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem  
 in luidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere,  
 rapere 4). Ita omnia in duas partes abstracta sunt:

1) Mos, quo civitas, prave in partes deduci cœpit. Factio  
 est nobilium; qui, in his primi fuere potentia, noscio alias  
 factio[n]i dicuntur. Sed Gruterus verba pop. et Sen.  
 fact. interpolationem putat: et Cor[us]tus delecto factio-  
 num velit retinere populi et Senati. Variant MSS.  
 in verbis.

2) Periphrastice pro eorum. Eademque constructio cum seq.  
 neutro Cicer. Livio etc. usurpata.

3) Vulg. scilicet ea, quas voces Grut. et Cor[us]t. abesse ma-  
 luat. Al. inde fecere illicet ea. Sed utraque partic. h.  
 l. non consentanea. Scribimus illico, cui sorsan quid  
 additum ex verbo discessit; quod Grut. edidit pro de-  
 cessit.

4) Ducere est doli; trahere, rapere violentiam.



respublica, quæ media fuerat, dilacerata 1) ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis, soluta atque 2) dispersa in multitudine, minus poterat. paucorum arbitrio belli domique 3) res publica agitabatur; penes eosdem ærarium, provinciæ, magistratus, gloriæ triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur. prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant: 4) interea parentes, aut parvi liberi militum, ut quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia; nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsa præcipitavit. nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustæ potentiae anteponerent; moveri civitas, et 5) dissensio civilis,

1) Sic et Liv. II, 57. et Senec. ep. 104.

2) Aldina se ordinat in multitudine disp. unde dein alii secere multitudinem. nostrum reddidit Cort. ex Codd. consensu firmum; sed nobiscum expone: et disp. in multis.

3) Sic Aldina multique et optimi Codd: Sed ed. Colon. 26, 5 ex rec. Ciacc. et Putichii, quæ Cortii Inngifra fuit, et Rütg. Hermann. et Cortius omittunt res publica. Nos serimus; cf. Catil. c. 38.

4) Male sqq. vulgo a priori contrario dirimuntur puncio majori. Sed eiudandi multa tacite emendamus.

5) Grut. durum videbatur permixtio terræ, unde frigus quam arsum maluit Gron. legendo perm. retum. Et Cortio non sat vehementis visa dissensio. Igitur inde fecit discessio, quod concedi possit; sed dein ab eo contra Codd. omnes discessio et permixtio locum pro arbitrio mutare iussa, legendo et permixtio civilis quasi discessio terræ oriri cœpit. Verum quis nescit, misceri s. permisceri d' confundit terram



4<sup>2</sup> quasi permixtio terræ; oriri cœpit. Nam postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem, et paucorum 1) scelera patescere cœpere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caïum, Tribunum alterum, 2) alterum 3) Triumvirum coloniis deducendis cum M. Fulvio Flacco ferro necaverant. et sane Gracchis, cupidine victoriæ haud satis moderatus animus fuit: sed bono vincitatius est, quam malo more iniuriam vincere 4).

Igi-

mari, mari cœlo. Latinis significare mutationem, qua infima summis misceantur, omnia turbentur? quod sine dubio innuit Cod. Guelf. 2 in quo est permixtio terræ atque maris. Sed et singula, cœlum mare, misceri dicuntur, quidni igitur et terra permiseeri (h. e. tota turbari) dicatur, ut rursus chaos existat? Atque huic atro chaos comparat h. l. Sall. civile dissidium. Talis perturbatio rerum exigit quam c. sq. describit, per Gracchos quos noster significat veram gloriam iniustæ potentiae anteposuisse, plebem in libertatem vindicasse, sed in ipsis turbis s. tenebris, perinde ac si mali fuissent, nobilium isæ ultionique mactatos. Redeat ergo terra, cuius discessio- nem Cort. h. l. fecerat, in unum densumque chaos: et du- ræ rei respondeat dura (si ita placet) locutio.

1) h. e. potentium s. nobilium.

2) Tib. Gr.

3) Caïum; et cum eo cæsus Fulvius.

4) h. e. ob bonum vicini s. ut verbis Cic. de Leg. q. III.  
34 utamur, vi opprimenti bona causa est melius,

Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usq; mul-  
tos mortales ferro aut fuga 1) extinxit; plusque in  
relicuum sibi timoris, quam potentiae, addidit. quae  
res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum  
alteri alteros vincere quovis modo, et victos acer-  
bius ulcisci volunt. Sed de studiis partium et omni-  
bus civitatis moribus si singulatim, aut pro magnitu-  
dine parem differere; tempus, quam res, maturius  
deserat. quamobrem ad inceptum redeo. Post Auli 43:  
foedus exercitusque nostri foedam fugam, Q. Metel-  
lus et M. Silanus Consules designati provincias inter-  
se 2) partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri  
viro, et quamquam adverso populi 3) partibus, fa-  
ma tamen æquabili 4) et inviolata. Is ubi primum  
magistratum ingressus est; alia omnia 5) sibi cum col-

quam Victoria pro lubidine et ira abuti; quo dicto pungit  
nobiles. Alii intelligunt, bono viro, quoniam ita ex-  
pediat reip. uti Seneca ait, satius esse vicini, quam  
vincere cet.

1) b. e. exilio et proscriptione.

2) Frustra Victorius et Gron. malunt paraverant b.-  
e. sine sorte de provinciis constituerant. Manutius, alii-  
que retinent vulg. Sed Cortius ratiorum capitor etiam  
cum mendo ab ecclesiis recepto dedit paraverunt.

3) Cort. ex Codd ipsi probatis contra alios omnes dedit  
partium, ut incredibile daret.

4) b. e. æquali apud nobilitatem et plebem; bonisque artibus,  
maxime continentia, parta. Avarus nempe violat omnia,  
suamque famam.

5) Scil. munia Consulatus alia, quam bellum Iug; ipsi uni  
interea curandum, cui Numidia evenerat. tum int. e. lo.  
Aldina post sibi inserit communia; quod a glossa est en-  
que pridem omissum.



lega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. igitur diffidens veteri exercitui, milites scribere, præsidia undique arcessere: arma, tela, equos, cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quæ bello variò et multarum rerum egenti usui esse solent. ceterum ad ea patranda, Senatus auctoritate, socii non menque Latinum et reges ultro auxilia <sup>1)</sup> mitten-  
do, postremo omnis civitas summo studio, adnите-  
bantur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis  
compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna  
spe civium, cum propter bonas artes, tum maxime,  
quod adversum divitias animum invictum gerebat:  
et avaritia magistratum ante id tempus in Numidia  
44 nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erant: Sed  
ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Al-  
bini procos. iners, imbellis, neque periculi, neque  
laboris patiens, lingua, quam manu, promptior, præ-  
dator ex sociis, et ipse præda hostium, sine imperio  
et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex ma-  
liis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum  
auxili, aut bona spei accedebat. Statuit tamen Me-  
tellus, quamquam et æstivorum tempus comitiorum  
mora imminuerat, et exspectatione eventi civium

1) Cortius mutans Senatus (casus nobis nomin.) in  
Senati; temere abiiciens et ante reges; tum ex XIII  
MSS. contra alios omnes edens mittere pro mitten-  
do, quod vulg. est, a meate Sall. discedit. Nos Aldi-  
nam cum omnibus ante Cortium edd. sequimur; nis-  
quod in fine pluralem verbi ex MSS. restituimus, ipso Co-  
tio concedente, pro adesse batur.

animos intentos putabat; non prius bellum attingere, quam, malorum disciplina, milites laborare coegeriset. nam Albinus, Auli fratri exercitusque clade percussus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites statibus castris habebat: nisi cum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. sed neque more militari vigiliæ deducebantur: uti cuique lubebat, ab signis aberat. lixæ permixti cum militibus die noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, et aliis talibus: præterea frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quæcumque dici aut singi queunt ignaviæ luxuriæque proba in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius. Sed in ea difficultate Metel-<sup>45</sup> lum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum et sapientem virum fuisse comperior: tanta temperantia inter ambitionem sævitiamque moderatum: namque edicto primum adiumenta ignaviæ sustulisse <sup>1)</sup>, ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixae exercitum sequerentur: ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum aut iumentum haberet: ceteris arte modum statuisse. præterea transversis itineribus quotidie castra movere, iuxta, ac si hostes adessent, vallo atque

## I 2

1) Quidam scripti (et editi) ingerunt dicitur; alii Codd. compior, quod est a glossa. Neutrū admittunt A: dina, et dein melior quæque.



fossa munire, vigilias crebas ponere, et ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur; uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit. Interea Iugurtha, ubi, quæ Metellus agebat, ex nunciis accepit, simul de innocentia eius certior Romæ factus; dissidere suis rebus: ac tum demum veram deditiōnem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis 1) mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia oīnnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infidūm, ingenio mobili, novarum rerum avidum. itaque legatos, alium ab alio diversos, aggreditur: ac paulatim tentando, posquam opportunos cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurham maxime vivum; si id parum procedat, necatum sibi tradarent: ceterum palam, quæ ex voluntate forent, regi 2) nunciare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento atque infesto exercitu, in Numidiā procedit: ubi, contra belii faciem, iuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris 3) erant; ex oppidis et mapalibus 4) præfecti Regis obvii procede-

1) h. e. signis supplicantium, pacem petentium, qualia erant insulae, verbane, rami clivæ, a caduceatoribus præserni solita; cf. Festum h. v. et Varro n. ap. Non. XII, 37.

2) Sic Aldina. confine palam iubet (legatos), nunciare regi, quæ sic. Vulg. nunciari.

3) Cottius more suo delebant et erant.

4) Cabis agricultibus (cf. supra c. 18.) in vicis, pagos collectis.

bant, parati, frumentum dare; commicatum portare, postremo omnia; quæ imperarentur, facere. Nēque Metellus idcirco minus, sed pariter, ac si hōstes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditioñis signa ostentui 1) credere, et 2) insidiis locum tentari. Itaque, ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et præfectis cohortium dispertiverat, uti cum his permixti velites, 3) quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiæ erat, uti, absens an præsens, pacem an bellum gerens perniciösior esset, in incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itidere, 47 quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huic Consul, simul tentandi 4) gratia et operiundi, si patren-

1) h. e. in speciem acta.

2) h. e. ut cum Livio loquamus, insidiis locum (occasione faciendi insidias) queri seil. a Iugurtha. Gronovius autem et Crispinus recte consuetudinem tentari pro vulg. tentare. Pendet enim a credere.

3) Frustra Cort. contra omnes editos et scriptos pro quo cumque posuit quacumque.

4) h. e. simul Iugurthæ tentandi, quo id animo latrūs sit, pacemne vole querat, an belli insidias; et exspectandi, quomodo suæ adversus illum artes eventuras; cf. finem h. ius cap. et initium sq. infra o. 54. Iug. exercitum in



fossa munire, vigilias crebas ponere, et ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit. Interea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit, simul de innocentia eius certior Romæ factus; dissidere suis rebus: ac tum demum veram deditctionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis 1) mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia cinnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infirmum, ingenio mobili, novarum rerum avidum. Itaque legatos, alium ab alio diversos, aggreditur: ac paulatim tentando, posquam opportunos cognovit, multa pollicendo peruidet, uti Jugurham maxime vivum; si id parum procedat, necatum sibi traderent: ceteram palam, quæ ex voluntate forent, regi 2) nunciare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento atque infuso exercitu, in Numidiā procedit: ubi, contra belii faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoreisque in agris 3) erant; ex oppidis et mapalibus 4) praefecti Regis obvii procede-

1) h. e. suppliciis, pacem petentium, qualia erant infelix, verberæ, rami clivæ, a caduceatoribus praesertim soliti; cf. Februm h. v. et Varronem ap. Non. XII, 57.

2) Sic Aldina. confine palam iubet (legatos), nunciare regi, quæ eis. Vulg. nunciari.

3) Cossins more, suo debet erant.

4) Cafs agrestibus (cf. supra c. 18.) in vicos, pagos collectis.

bant, parati, frumentum dare; commatum portare, postremo omnia; quæ imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter, ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui 1) credere, et 2). insidiis locum tentari. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et praefectis cohortium dispergiverat, uti cum his permixti velites, 3) quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent, nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiae erat, uti, absens an praesens, pacem an bellum gerens perniciösior esset, in incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itinere, 47 quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huic Consul, simul tentandi 4) gratia et operiundi, si pateren-

1) h. e. in speciem acta.

2) h. e. ut cum Livio loquamur, in insidiis locum (occasione faciendi insidiias) queri scil. a Iugurtha. Grönovius autem et Crispinus recte consol legendi intentati pro vulg. tentare. Pendet enim a credere.

3) Frustra Cort. contra omnes editos et scriptos pro quo cumque posuit quacumque.

4) h. e. simul Iugurthae tentandi, quo id animo latratus sit, pacemne vere querat, an bellum insidiias; et exspectandi, quomodo suæ adversus illum artes eventutas; cf. finem h. ius cap. et initium sq. Infra o. 54. Iug. exercitum in



tur opportunitates loci, præsidium imposuit: præterea imperavit, frumentum, et alia, quæ bello usui forent, 1) comportari: ratus id, quod res monebat, 2) frequentiam negotiatorum et commeatuum iuva-

locis operiri iubet. Ita restituisse nobis locum vide-  
musr aliis omnibus, l. desperatum l. male tentatum. Vulgo  
enim sic legitur ac (Aldina huic) simul tentandi  
gratia, et si paterentur opp. loci, pr. imp.  
Glareanus nullum auxilium a MS. esse quefus ficitabat:  
Huic Cof. simul tentandi gratia si (an) pater-  
entur simul propter opp. loci pr. imp. Palme-  
rius lenius: Huc Cof. simul tent. gr. si pateren-  
tur, et opportunitate loci pr. imp. fingit vero,  
opportunitates loci esse munitiones; ac tentare vo-  
luisse Metellum, an munitor urbs, quomodo cetera op-  
pida et mapalia, ipsi paterent s. aperta forent. cf. eius  
Exc. IV, n. 3. sq. In Codd. quidem Cortio laudatis et  
et vel ante l. posse tentandi vagator. Vehigia autem  
verioris lect. nobis præbet. Codd. Vinar. 2. simul ten-  
tandi gratia et piundi, si paterentur o. l. Iam  
notum est; in vett. MSS. scribi operiri pro operiri;  
et summas scriptum fuisse opundi; facile inde omissa li-  
terula o, quum supplemus. Est alias Codd. quem Cort.  
vocat Academ. in quo legitur tentandi manendi que  
gratia. (Exspectare, operiri, manere promiscue usurpan-  
tur.) Codd Erlang. (vid. ed. Harlebi 1778) auctius habet:  
simul t. gr. et simul gratia hiemandi. Ac sane  
particula simul poscebat duo: sed verum perierat; unde  
hiatum explere fuduere salbis verbis.

- 1) Verbum hoc, quod Glar. et Grut. suspectum expulit  
Corte, revocamus Imperare autem; -periende ut iu-  
here, confruitur cum insin. Terent. Eun. II, 2, 21.
- 2) Vulg. frequentiam negotiatorum et commeatum  
iuvatrum (al. iuvatum) exercitum, etiam pa-

turam exercitum, etiam pacatis rebus munimento 1) fore. Inter haec negotia Iugurtha impensis modo legatos supplices mittere, pacem orare, praeter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. quos item, uti priores, Consul illectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri; et inter casu moras promissa legatorum exspectare. Iugurtha ubi Metelli 48 dicta cum factis composuit, ac se suis artibus tentari animadvertisit (quippe cui verbis pax nunciabatur; ceterum re bellum aspernum erat, urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati); coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. igitur explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus ex opportunitate loci, quas maximas copias potest omnium generum parat, ac

ratis r. m. f. Multum quoque haec verba sqq. vexata sunt. Palmerius voluit commatum; idque recte, quod ex loco simili Tac. XIV, 33. patet: a Suetonius Londinium perrexit - copia negotiatorum et commatum maxime celebre. Ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta frequentia militis statuit,. Commatus h. l. sunt, commeantes negotii causa, diversi a negotiatoribus incolis. Sed idem Palmerius, Grut. Certius verba iuvaturum ex. deleri iubent ut insititia; hinc a recc. emittuntur. Nos antea legendum duxeramus frequentia iuvatum iri ex. Sed nunc lenius corrigimus frequentiam iuvaturum ex. et deinde etiam pacatis, quomodo Badius, Glareanus, alii edidere, nisi malis patratis eodem sensu.

1) Erant enim negotiatores incolae commeantes Italici generis. Rutg. Hermannides dedit munimentum.



per tramites occultos Metelli exercitum antevenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul: a quo aberat mons ferme millia passuum XX. tractu pari 1), vasis ab natura et humano cultu: sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertinens, vestitus oleastro ac mirtetis, aliisque generibus arborum, quæ humi arido atque arenoso 2) gignuntur. media 3) autem planicies deserta, penuria aquæ, præter flumini propinqua loca. ea consita arbustis pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem transverso itinere porreclum 4) docuimus, lugurtha, extenuata suorum acie, confedit: elephantis et parti copiarum pedestris Bomilcarem præfecit; eumque edocet, quæ ageret. ipse propior montem 5) cum omni equitatu pedites delectos collocat: dein singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtestatur, uti memores pristinae virtutis et victoriae seque regnum. quæ suum ab Romanorum avaritia defendant. cum his

1) Mons et fluvius ubique æqualiter distabant.

2) h. e. solo arenolo humi. Aldina eiusque sequaces homo arida atque arenosa. nostrum ex Prisciâno, XVIII. et melioribus Codd. edidere Putschius, Grut. Crisp. Cortius Sic Tac. A. I, 61. humido paludum; et noster ardua rupis; cf. Catil. 59 supra p. 69. n. 2.

3) Int. inter montem et flumen et collum.

4) h. e. contrarium directio monti in modum lineæ normalis.

5) Vulg. cum o. e q. et peditibus delectis suis. Sed sunt Codd. apud Cort. in quibus absit l. suo q. l. est: legiturque delectos; hinc Cort. invenit, quod recipimus.

certamē fore, quos antea victos sub iugum miserint: ducem illis, non animum mutatum... quae ab imperatore decuerint omnia suis provisa: locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consarent. proinde parati intentique essent, signo dato, Romanos invadere: illum diem aut omnes labores et victorias confirmaturum, aut maxumarum aorūnrum initium fore. ad hoc viritim, uti quemque, ob militare facinus, pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficij sui; et eum ipsum aliis ostendare, possemus, pro cuiusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo, excitare: cum interim Metellus ignarus hostium, 1) monte degrediens cum exercitu, conspicatur 2). primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet (nam inter virgultae qui Numidæque considerant, neque plane occultati, humilitate arborum, et tamen incerti 3), quid.

1) Dederamus antea montem ingrediens. Ibi enim scilicet conspicere potuit hostes; et post demum cap. extr. in planum deduxisse suos dicitur. Sunt quoque Codd. alii qui legant montem, alii egrediens (sorsam ab ingrediens. Sed plerique pro vulg. sicut et ipse Don. ad Ter. Eun. II, 3, 92. hunc locum laudans.

2) Int. hostes. Vulg. male inde ab Aldina: conspicitur; quod Cor. præter rationem tuetur. Nostrum est a Deato l. c. editumque in edit. Basil. 1565 a Grut. Rutg. Herm. Crispino aliis. Idemque verbum solenne Ter. (Eun. V, 8, 132. Heaut I, 1, 16.) Cæsari cœl.

3) b. l. passim sumitur; de quibus non constabat.



nam esset; cum natura loci, tum dolo, ipſi atque signa militaria obscurati): dein, brevi cognitis insidiis, paulisper agmen constituit 1). ibi commutatis ordinibus, in dextero latere, quod proximum hostes erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores et sagittarios dispertit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem, sicuti instruxerat, transversis 50 principiis 2), in planum dedit. Sed ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertisit; veritus ex anni tempore et inopia aquæ, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus et parte equitum præmisit ad flumen, uti locum castris antecaperet: existumans, hostes crebro impetu et transversis præliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum tentaturos. dein ipse pro re atque loco, sicuti monte descenderat, paulatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistræ alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Jugurtha, ubi extreum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, præsidio quasi 3) duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte

1) Quod Rivius in Cod. Fabric. invenit constitit; placitum Ciacc. et Grutero, tuetur Corte post Gifan. ad Lucr. VI, 10. ut transitive sumatur pro confidere fecit; quomodo Gellius V. 10. confidetæ causæ; et legitur ap. Cæs. B. C. I, 41. Sed acquiescimus nunc in vulg. in quod Codd. consentiunt ceteri omnes.

2) Ita ut prima acies incederet contraria hostibus.

3) h. l. fere, uti Ter. Heaut. I, 1, 93, quasi talentum ad quindecim.

cedentibus adversariis receptui, ac post munimento foret. dein, repente signo dato, hostes invadit. Numidæ, alii postremos cædere, pars a sinistra ac dextera tentare: infensi adesse atque instare: omnibus locis Romanorum ordines conturbare. quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio, ipsi modo 1) eminus sauciabantur: neque contra seriundi, aut manum conferendi copia erat. antea iam docti ab Iugurtha equites, ubicumque Romanorum turba insequi cœperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant, sed alias alio quam maxume diversi. Ita numero priores, si a persequendo hostes deterrere nequiverant, disiectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant. si opportunior fugæ collis, quam 2) campi fuerant; ea 3) vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; nostros asperitas et insolentia loci retinebat. Ceterum facies totius negotii varia, incerta,<sup>51</sup> fœda atque miserabilis: dispersi a suis, pars cedere, alii insequi; neque signa, neque ordines observare; ubi quemque periculum cuperat, ibi resistere ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes, cives permixti: nihil consilio; neque imperio agi; fors omnia

1) Modo h. l. tantummodo.

2) Sic plerique Codd. Gruteri; alii, campus fuerant, quod et est in ed. Basil. 1565. sed Sallustius numerum verbi ad proximam rem referre solet; cf. Catil. 25. ei certiora omnia, quam decus fuit. Alii Codd. quam campi, fuerat, quod præsert Periz, ad Sancti Min. L. IV, 8. p. 815.

3) Int. loca.



regere. itaque multum 1) diei processerat, cum etiam  
tum 2) eventus in incerto erat. Denique omnibus  
labore et æstu languidis, Metellus ubi videt Numi-  
das minus instare; paulatim milites in unum condu-  
cit; ordines restituit, et cohortes legionarias IIII ad-  
versum pedites hostium collocat. eorum magna pars  
superioribus locis fessa confederat. simul orare, hor-  
tari milites, *ne deficerent, neu paterentur hostes fu-*  
*gientes vincere: neque illis castra esse, neque muni-*  
*mentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis om-*  
*nia sita.* Sed ne Iugurtha quidem interea quietus:  
circumire, hortari, renovare prælium, et ipse cum  
delectis tentare omnia: subvenire suis, hostibus du-  
biis instare; quos 3) firmos cognoverat, eminus pug-  
52nando retinere. Eo modo inter se duo imperatores,  
summi viri, certabant: ipsi pares, ceterum opibus  
disparibus. nam Metello virtus militum erat, locus  
adversus: Iugurthæ alia omnia, præter milites, op-  
portuna. Denique Romani ubi intelligunt, neque  
sibi 4) perfugium esse, neque ab hoste copiam pug-  
nandi fieri, (et iam 5) die vesper erat); adverso col-

1) C. o. t. modo edidit die (ut antiquum genit.) quod est in  
Codd. Ciacc. sed cf. supra ad c. 21. et infra ad c. 97.

2) Confirmatur hinc, quod Catil. c. 2, n. 3. contra C. o. t.  
defendimus etiam tum. cf. infra c. 63. extr.

3) Int. hostes (Romanos). Firmos opponit dubiis s. inclinan-  
tibus in fugam.

4) Al. profugium.

5) Sic Gr. t. et quicunq; suffragantibus multis Codd. sequun-  
tur h. l. et infra c. 106. Alii vero dici. Verum nos h. l.  
die non casu secundo, sed sexto dictum credimus: quasi et  
id diei erat, ubi, iam vesp era sceret; cf. Gell.

le, sicuti præceptum fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidæ fusi fugatique: pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrum præfectum ab Iugurtha supra 1) diximus, ubi eum Rutilius prætergressus est, paulatim suos in æquum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo premissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat; neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium confeditse iam et animo vacuum 2) accepit, simulque ex Iugurthæ prælio clamorem augeri: veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam, diffidens virtuti militum, arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; coque modo ad Rutilii castra procedit. Romani ex 53 improviso pulveris vim magnam animadvertunt: nam prospectum ager arbuslis consitus prohibebat. et primo rati, humum aridam vento agitari: post, ubi æquabilem manere, et, sicuti acies movebatur, magis magisque appropinquare vident; cognita re, properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt: deinde, ubi proprius ventum, utrimeque magno clamore concurrunt. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam impeditos ramis arborum, atque ita disiectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique,

XVII, 18. l. cœlo vesper ibat. quomodo et dicimus hodie,  
mane etc.

1) cap. 49.

2) h. e. nihil magnopere agitantem,



abiectis armis, collis, aut noctis, quæ iam aderat, auxilio, integri abeunt. elephanti quatuor capti; reliqui omnes, numero 1) quadraginta, imperfecti. At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et prælio 2) fessi laetique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi intentique obviam procedunt. nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur. Ac primo, obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut hostes 3) adventare, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere: et pæne imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrumque præmissi equites rem exploravissent. Igitur, prometu, repente gaudium exortum, milites alius alium læti appellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad coelum ferre. quippe res humanæ ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet; adversæ res etiam bonos 4) detrectant.

54 Metellus in iisdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit, meritos in præliis more militiæ

1) Nonnulli MSS. triginta.

2) Fessi h. e. satis habuere laborum; laeti h. e. corporis viribus fere defecerant. Alii ut Ald. cett. ex Codd. dedere laetique scil. prælio secundo; sed id non convenit & quamquam.

3) Sic Aldina dedit, et cum dein ab aliis editum esset, v. h. adventarent, restituit Grut. ex Codd. suis, quibus accedunt Cortiani. Confrue: strepitu adventare, velut hostes.

4) Cort. revocat detractant. Perinde fit. Et certe e contrario idem, ac bonis s. fortibus laudem detrahunt.

donat, universos in concione laudat, atque agit gratias; hortatur, *ad cetera, quae levia* 1) *sunt, parem animum gerant: pro victoria satis iam pugnatum; reliquos labores pro praeda fore.* Tamen interim transfugas et alios opportunos, Iugurtha ubi gentium aut quid agitaret, cum paucisne esset, an exercitum haberet, uti se se victus gereret, exploratum misit. At ille se in loca saltuosa et natura munita reperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorum, sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli cultorem. id ea gratia eveniebat, quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur; quo cuiusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiae dicitur; ita se mores habent. Igitur Metellus ubi videt regis etiam tum animum ferocem; bellum renovari; quod, nisi ex illius lubidine, geri 2) non posset; præterea iniquum certamen sibi cum hostibus, minore detimento illos vinci, quam suos vincere: statuit non præliis, neque acie, sed alio more bellum gerendum. Itaque in Numidiæ loca opulentissima pergit, agros vastat, multa castella et oppida temere munita aut sine præsidio, capit incenditque; puberes 3) interfici

1) Sic Aldina et omnes MSS. non sint, ut quedam edd.  
habent.

2) Cort. frustra contra omnes omittit non; et cum Salmo-  
lio sumit, nisi saepius pro non nisi ponit.

3) Cortio pro ingenio placet interficit, præ vulg. Rec-  
tius idem, uti iam Rutg. Hermano Crispinus  
præda, pro vulg. prædam, quod a verbo imbet pen-  
dere creditum.



iubet: alia omnia militum præda esse. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obfides; frumentum, et alia, quæ usci forent, affatim præbita: ubicumque res postulabat, præsidium-impositum. Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum  
 1) ab suis, regem terrebant. quippe cui 2) spes omnis in fuga sua, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen 3) ex copia, quod optimum videbatur, conandum capit: exercitum plerumque in iisdem locis operiri iubet; ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur; nocturnis et atriis itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggreditur. eorum plerique inertes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit: et Numidæ, priusquam ex cafris subveniretur, sicuti iossi erant, in proximos colles  
 55 discedunt. Interim Romæ gaudium-ingens ortum, cognitis Metelli rebus: ut 4) seque et exercitum more

maio-

1) Cœtus exadi vidi ab suis. Rebusdem certes, et significari cœdimus, maxime per suos, qui cum Semilcare erant.

2) sc. Ingeritur. Is etiam invitus pendebat ab inceptis Metelli; et cum sua loca, quia caperentur, prohibere ceperit, iam in alienatis, eoque etiam iniquis, bellum gerere cogebat.

3) Sic pro valg. ex iæopia sive Guelfi. 4. a prima manu rekirpi: Cœt. Librarii inquit, non ridentur, copiam esse occasiæm, huc id, quod appetit, nullæ defensione magni, aut parvi. Nobis idem est ac ex omniibus et hisce 59. et infra 93.

4) L. L. quæcada.



maiorum gereret; in adverso loco, victor tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Iugurtham, magnificentum ex Auli secordia, spem salutis in solitudine, aut fuga, coegisset habere. Itaque Senatus ob ea feliciter acta *dis immortalibus supplicia* 1) decernere; civitas, trepida antea et sollicita de belli eventu, læta agere: fama de Metello præclara esse. Igitur eo intentior ad victoram niti, omnibus modis festinare: cavere tamen, necubi hodi opportunus siceret 2); meminisse, post gloriam invidiam sequi. ita quo clarius erat, eo magis anxius 3). neque, post insidias Iugurthæ 4), effuso exercitu prædari 5): ubi frumento, aut pabulo opus erat; cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant: exercitus partim ipse, reliquos Marius ducebat. 6) sed igni magis, quam præda, ager vastabatur. Duobus locis, haud longe inter se, castra faciebant. ubi vi opus erat, conci aderant; ceterum, quo fuga atque formido latius

1) h. e. supplicationes.

2) h. e. hodi copiam sui saceret. supra c. 20. iniuriis oportunus.

3) h. l. solitus, cautus. Ac sic Aldina et meliores quæque. Alii Codd. legunt animi anxious, quod et Corb edidit. Sed meliores, Commel. Nazar. cet. animus anxious. Certe animi anxious est, metuens, incertus, quod hic locum non habet. Nos vero cum Corlio erat præmisimus, quod vulgo voci anxious postponitur.

4) h. e. post ins. a lug. factas.


5) Malimus huc retrahere, quæ vulgo dein haud satis æquo leguntur loco: sed igni vastabatur.

6) cf. not. præc. pulcherior sans consecutio foret, si post ducebat sequentur illa duabus locis etc.



crescerent, diversi agebant. Eo tempore Iugurtha per colles sequi: tempus, aut locum pugnæ quærere: qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine tentare, ac statim in colles regredi; rursus aliis, post aliis minitari: neque prælium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere. Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, urbem magnam, et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Iugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique prælium fore. At ille, quæ parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribns Metellum antevenit: oppidanos hortatur, moenia descendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibant<sup>1)</sup>, firmissimum. præterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu affore. Ita compositis rebus, in loca quam maxime occulta discedit, ac post paulo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, et iam, egredientibus Romanis, in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam praeclari facinoris casum dare. si id fecerint, postea sese in regno, illos in li-

1) Ob gravissimam penam apud Romanos in transfigas constitutam.



*bertate sine metu detatem acturos. Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium fidem mutavissent. tanta mobilitate sese Numidæ agunt. sed milites Iugurthini paulisper ab rege sustentati, postquam maiori vi hostes urgent, paucis amissis, profugi discedunt. Marius ad Zamam pervenit. id oppidum in campo 57 situm, magis opere, quam natura munitum erat, nullius indoneæ rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu circumvenit: legatis imperat, ubi quisque curaret. deinde, signo dato, undique simul clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret; infensi intentique sine tumultu manent. Prælrium incipitur. Romani, pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare; alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi, cupere prælrium in manibus facere. Contra ea oppidanæ in proximos saxa volvere; fudes, pila 1). præterea pice et sulphure tædam mixtam, arden-*

## K 2

- 1) Sequimur cum omnibus aliis Cortio excepto, lectionem a Grutero bene constitutam et fide MSS. munitam; quod pluribus in ed. I. differimus. In eisd. ante Gruterum ut in principe, Aldina, Carrionis, legebatur pr. picem sulphure et tæda mixtam ardenti mittere, a qua cum cod. suo Fabr. Rivius sc aberrat; pr. picem et sulphure tædam mixta ardenti m. Basl. 1563 vero reddit pr. picem sulphure et tæda mixtam ardenti m. His omnibus finis videti potuit; nisi Cort. ex vet. eedd. revocasset picem sulphure et tæda mixtam. Sed convenientius sit, pice et sulphure il-



tia mittere. Sed nec illos, qui procul manferant, timor animi satis muniverat. nam plerosque iacula, tormentis, aut manu emissā, volnerabant: parique periculo, sed fama impari, boni atque ignavi erant.

58 Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit: remissis 1), qui in præsidio erant, et omnia magis quam prælium exspectantibus, portam irrumpit. At nostri, repentino metu percussi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars volnerati, ac occisi. ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto, locum cepere, paulo, quam alii, editiorem: neque inde maxuma vi depelli quiverunt; sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati 2): fin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, et eos maxuma vi cædere, fundere atque fugare. Interim Metellus cum

litam tædam ( h. e. faces ) mittere, quam picem mixtam sulphure et tæda. Tum ardentia bene multis codd. probatum, reser et ad ludes, pila, et ad tædam: quæ omnia ardentia mittebantur: et cave detorqueas cum Cort. ad diversam facum materiam, picem sulphure et tæda mixtam; quod uti contra rationem latinam est; ita nec exemplis ab eo adductis adiuvatur. Pila ardentia putes eadem cum malleolis vel potius falaricis, de quibus Liv. XXI, 8. Veget. IV, 18 et Aeneæ Poliore 33. Sic Cic. in Cat. I, 13. malleolos et faces; itemque Liv. XLII, 6. faces tædamque et malleolos fluppæ illitos pice coniungunt. Satis sit.

1) h. e. minus intentis, s. negligenter agentibus.

2) s. certius singulis iactibus aliquem in confertis attigere.

acerrume rem gereret, clamorem 1) hostilem ab tergo accipit: dein, converso equo, animadvertisit, fugam ad se versum fieri; quae res indicabat, populares esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit: ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrimans per amicitiam perque rem publicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostes inultos abire sinat. ille brevi mandata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum præcipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis, in loca munita se se recipit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revertitur. Igitur postero die, prius, quam<sup>59</sup> ad oppugnandum egredieretur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare iubet. portas et proxima loca tribunis dispergit: deinde ipse pergit ad oppidum, atque, ut superiore die, murum aggreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros iuvadit. qui in proximo locati fuerant, paulisper territi perturbantur; reliqui cito subveniunt. neque diutius Numidæ resistere quivissent, vi pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent 2). quibus illi freti 3), non, ut equestri prælio solet, sequi, dein cedere; sed adversis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem: ita expeditis peditibus suis, hostes pæne vic-

1) Et tumultum, quod vulg. addunt, et alii Codd. I. omittunt, vel varie legunt, ut glossam delet Cortius.

2) h. I. fecissent; quod et alii habent.

3) Int. peditibus equites Numidæ freti.



60 tos dare 1). Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. 2) ubi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrime niti; neque aliis in alio magis, quam in sese spem habere: pariter oppidani agere, 3) oppugnare, aut parare omnibus locis: avi- dius alteri alteros sauciare, quam semet tegere. clamo- r permixtus hortatione, lætitia, gemitu, item stre- pitus armorum, ad cœlum ferri: tela utrimque vo- lare. Sed illi, qui mœnia defensabant, ubi hostes paululum modo pugnam remiserant, intenti prælium equestre prospectabant. eos, uti quæque Iugurthæ res erant, lætos modo, modo pavidos animadver- teres: ac, 4) sicubi audiri a suis aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut

1.) h. e. vincere, inter Romanos.

2) Narratio pugnæ apud Zamam infigis hypotyposi, quæ lectorem faciat, quasi rei præsentem.

3) Sic membranæ, paucioribus exceptis, omnes habent. Edit. Colon. 1615, Crisp. et sequaces dederunt pugnare. Ciaccon. et post eum Gron. malunt propugnare. Cort. oppugnare. de Romanis obfidentibus, parare unde oppidanis se defendantibus intelligendum censet, et hæc ab agere interpungit. Sed non modo urbes oppugnantur; etiam hostes; contra pugnando. parare int. defensionem, est eorum, qui pugnaturi erant. Sic quidem Cortii sen- tentia verior videatur; non modo interpungendum, sed et passive legendum oppugnari (a Rom.) aut parari (paria fieri ab oppidanis se defendantibus) omnibus lo- cis. Alias constructio parum cohæret, deficientibus pra- pominibus: oppugnare illi, parare hi o. l.

4) Sicubi, uti si quando dicitur et Ter. Eun. III, 1. 4. Aldus vero indeque alii dederūt sicuti, quod h. l. non aptum.

niti corporibus, et huc illuc, quasi vitabundi, aut iacentes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat); consulto lenius agere, ac dissidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu regis prælium visere. ita, illis studio suorum adstrictis 1) repente magna vi murum aggreditur: et iam scalis 2) aggressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt. nostri primo resistere; deinde, ubi unæ atque alteræ scalæ comminutæ, qui superstiterant, afflicti sunt; ceteri 3) quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti volneribus, abeunt: 4) denique utrimque prælium nox diremit. Metellus, postquam videt frusira inceptum, 5) neque oppidum capi, neque Iugurtham, nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere, et iam æstatem exactam esse; ab Zama discedit. et in his urbibus, quæ 5) ab rege defecerant, satisque munitæ loco aut mœnibus erant, præsidia imponit. ceterum exercitum in provinciam, 6) qua proxuma est Numidiæ, hiemandi gratia collocat. neque id tempus, ex aliorum more, quieti aut luxuriæ concedit; sed, quo-

1) h. e. attentis s. occupatis.

2) Sic Ald. Riv. Grut. et multi codd. Al. ingressi. Al. congregati. Cort. prætulit egressi, ut (escendere, evadere) quod est in nonnullis codd.

3) Sic Ald. et plur. al. Vulg. quo quisque.

4) Sic Ald. aliquæ. Vulg. male deinde.

5) Sic Ald. et al. Vulg. ab se; male. Al. ad se sc. Metellum, quod rec. Crisp. et Cort. Nostrum Priscianus habet.

6) Vulg. quæ. Lenius corrigimus, ne inepita videatur glossa.



niam armis bellum parum precedebat, insidias regi per amicos tendere, et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, et inde, vadibus datis, clam Massivæ de nece iudicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur. ac primo efficit, ut ad se colloquendi gratia occultus veniat: dein fide data, si *Iugurtham virum aut necatum tradidisset, fore, ut illi Senatus impunitatem, et sua omnia concederet, facile Numidæ persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti, ne si pax cum Romanis fieret, ipse per conditiones 62 ad supplicium traderetur.* Is, ubi primum opportunum 1), Iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit. monet atque lacrumans obtestatur, uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum, optime merenti, provideat: omnibus praeliis sese victos, agrum vastatum, multos mortales captos aut occisos, regni opes comminutas esse. satis saepe iam et virtutem militum, et fortunam tentatam. caveret, ne, illo cunctante, Numidae sibi consultant. his atque talibus aliis ad deditioñem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, *Iugurtham 2) imperita facturum, ac fine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere.* Metellus propere cunctos Senatorii ordinis ex hibernis arcessiri 3) iubet:

- 1) Vulgo addunt sicut, quod Commelin. aliique meliores non habent.
- 2) Vulg. hic inserunt qui, ei post factum addunt dicent, quas ambas voces, ut ab aliena magu illatas, bene delst Cort.
- 3) Ab arcessio. alias arcessi ab arcesso.

eorum atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Ita more maiorum, ex consilii decreto, per legatos Iugurthae imperat *argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum et armorum aliquantum*. Quæ possumus sine mora facta sunt, iubet *omnes perfugas victos adduci*. eorum magna pars, ut iussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauretaniam, abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis virisque et pecunia spoliatus, cum ipse <sup>1)</sup> ad oppidum Tisdrum evocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere. denique multis diebus per dubitationem consumptis, cum modo, tædio rerum adversarum, opinia bello potiora duceret; interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in

<sup>1)</sup> Vulgo ad imperandum Tisdrum vocaretur. Codd. nutant in ista voce. Ex his unus ap. Cott. legit ad imperatorem, alias ad imperium; alias aliud quam priores, sed non distincte. Cott. cum aliis interpr. passim sumit pro ut ipsi imperaretur, idque illustrat loco Cic. ad div. IX, 25. Nunc aedes ad imperandum, vel ad parandum potius. Sic enim antiqui loquabantur, et ex Servio ad Virg. Ecl VIII, 71. Nihi minus Gruterus, ita ut vulgo est, scriptum putat a Sallustio. Multa certe affinguntur quæsita Sallustio, quæ nec Assuntio placuerint, sed corrupta lectione nuntiuntur. Nos, credimus, verum restituimus. Cogitet enim quis scriptum priscis opidu, ejusque facilem commutationem cum ipadu. Sed et in nomine oppidi mendum est; quod alii Codd. rectius nobiscum scribunt. Erat id oppidum haud procul ab Utica, de qua cap. 64. Tandem evoparetur rectius est in Cod. Vinat. 1. ap. Cottium.



Servitium ex regno foret; multis magnisque præfidiis nequidquam perditis de integro bellum summit. Romæ Senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat. Per idem tempus Uticæ forte C. Mario per hostias dis supplicante 1), magna atque mirabilia portendi, haruspex dixerat: *proinde, quæ animo agitabat, fretus dis ageret: fortunam quam saepissime experiretur; cuncta prospera eventura.* At illum iam antea consulatus ingens cupido exagabat. ad quem capiendum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abunde erant: industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis. et divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. sed 2) his natus, et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis munditiis sele exercuit: ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit, ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnes tribus declaratur. deinde ab eo magistratu aliud post aliud sibi peperit: semperque in potestatibus eo mo-

1) Marius enim vatibus, aruspiciis supra modum deditus erat, adeo, ut sagam quamdam ex Syria secum duxisse tradant Plut. et Frontinus, obs. Cor. qui et ex Codd. suis, refituit casum sextum, cum vulg. sit supplicant.

2) Vulg. is; unde natus etiam referri ad Arpini, somniantur. Sed rectius Aldinus Codex offert his; quod recipimus et exponimus: sed his scil. virtutibus, hoc animo natus, etc. Ita transpositione opus est nulla; et antithesis luculentior fit.

do agitabat, uti ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum 1) talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) consulatum appetere non audebat. etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin his 2) indignus illo honore, et quasi pollutus haberetur. Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem in, 64 tendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello, petundi gratia, missionem rogat. cui quamquam virtus gloria et alia optanda bonis superabant; tamen inerat contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium, et quasi per amicitiam mone-re, ne tam parva inciperet, neu super fortunam: animum gereret; non omnia omnibus cupienda esse: debere illi res suas satis placere. postremo oaveret, id peterc a populo Romano, quod illi iure negaretur; Postquam hæc atque talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit, ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese quae peterot. ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo consulatum petitum. is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter XX. Quæ res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. ita cupidine atque ira,

1) h. c. ad id temporis; et sic respondet & postea. Intra c. 72. post id locorum pro postea. Ita Ter. in terea loci usurpat, et Plaut. interib;

2) Int. nobilibus.



pessumis consultoribus, grassari: neque factio ullo,  
neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum <sup>1)</sup> fo-  
ret: milites, quibus in hibernis præerat, laxiore  
imperio, quam antea, habere: apud negotiatores,  
quorum magna multitudo Uticæ erat, criminose si-  
mul, et magnifice de bello loqui: *dimidia pars exer-  
citus sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in  
cutenis habitum: ab imperatore consulto trahi, quod  
homo inanis, et regiae superbiae, imperio nimis gau-  
deret.* quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quod  
diuturnitate belli res familiares corruerant; et ani-  
mo cupienti nihil satis festinatur. Erat præterea in  
exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda,  
Masinabal's filius, Masinissæ nepos, quem Micipsa  
testamento secundum heredem scripsera, morbis con-  
fectus, et ob eam causam mente paulum immixta.  
Cui Metellus petenti, *more regum uti sellam iuxta  
poneret, item postea, custodiae causa turmam equi-  
tum Romanorum, autrumque negaverat: honorem,*  
quod eorum modo foret, quos populus Römanus  
*reges appellavisset; præsidium, quod contumeliosum*  
<sup>2)</sup> foret, si equites Romani satellites Numidæ trade-  
rentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hor-  
tatur, uti contumeliarum imperatoris <sup>3)</sup> cum suo  
auxilio pœnas petat. hominem ob morbos animo

1) h. e. ad favorem conciliandum pertinens.

2) Vulgo additur in eos; quod sine dubio a glossa. Et sunt  
Codd. qui l. in eo legant, l. prorsus omittant.

3) i. e. ab imperatore illatarum. Al. imperatori, al.  
imperatore, al. ab imperatore. Pauci in impe-  
rаторem; male.

parum valido secunda oratione extollit: *illum regem, ingentem virum, Masinissae nepotem esse. si Jugurtha captus, aut occisus, imperium Numidae sine mora habiturum: id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret.* Itaque et illum, et equites Romanos, milites et negotiatores, alios ipse, plerosque spes pacis, impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. sic illi a multis mortali- bus honestissima suffragatione consulatus petebatur: simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta pro- 66 cedere. Interim Jugurtha, postquam, omissa dedi- tione, bellum 1) incipit, cum magna cura parare omnia, festinate, cogere exercitum: civitates, quæ ab se defecerant, formidine, aut ostentando præmia, affectare: communire suos locos, arma, tela, alia, quæ spe pacis amiserat, resicere, aut commercari 2): servitia Romanorum alicere, et eos ipsos, qui in præsidiis erant, pecunia tentare: prorsus nihil in- tactum, neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vagenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, præsidium imposuerat, fatigati regis suppliciis, ne- que antea voluntate alienati, principes civitatis in- ter se coniurant (nam volgus, uti plerumque solet, et maxime Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti, et otio adversum): dein compositis inter se rebus, diem tertium constituunt; quod is festus cele-

1) Al. incepit.

2) h. e. emendo conquerere, maxime anponam.



bratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis, quam formidinem ostentabat. Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militares, et ipsum præfectum oppidi T. Turpilium Silanum, alias alium, domos suas invitant: eos omnes, præter Turpilium, inter epulas obtruncant: postea milites palantes, inermos, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate; alii studio talium rerum incitati, quis acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novæ sat 67 tis placebant. Romani milites, improviso metu, incerti ignarique, quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant: præsidium hostium, portæ ante clausæ fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis ædificiorum saxa et alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. ita neque caveri anceps malum, neque a fortissimis infirmisimo generi resistri posse: iuxta boni malique, strenui et imbelles inulti obtruncati. In ea tanta asperitate, sævissimis Numidis et oppido undique clauso, Turpilius unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus 68 bus 1) intestabilisque 2) videtur. Metellus, postquam de rebus Vagæ actis comperit, paulisper mœstus e conspectu abit: deinde, ubi ira et ægritudo permixta, cum maxima cura ultum ire iniurias festinat. legiōnem, cum qua hiemabat, et, quam plurimos

1) h. l. turpis.

2) h. o. communī cīvium iure et vita indignas; detestabilis.

potest, Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: et postera die circiter horam tertiam pervenit in quandam planitiem, locis paulo superioribus circumventam. Ibi milites, fessos itineris magnitudine, et iam abnuentes omnia, docet, oppidum *Vagam non amplius mille passuum abesse: decere illas reliquum laborem aequo animo pati, dum pro civibus suis, viris fortissimis atque miserrimis, poenas caperent.* præterea prædam benigne ostentat. ita animis eorum arrectis, equites in primo 1) late, pedites quam artillume ire, signa occultare iubet: Va-69 gentes ubi animum advertere, ad se versum exercitum pergere, primo, uti erat res, Metellum rati, portas clausere: deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident; rursum Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, alii volgum, effusum oppido, cædere; alii ad portas festinare; pars turres capere: ira atque prædæ spes amplius, quam lassitudo posse. Ita Vagenses biduum modo ex perfidia lætati: civitas magna et opulens pœnæ cuncta, aut prædæ suit. Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, iussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque capitè pœnas solvit. nam is civis ex Latio

1) Int. in prima parte Codd. in primo latere, quod si ab nomine sextum casum putas, corruptum est; si verbum facis, sensu caret. Ei Palmer. Coler. Grut. Gron. Cort. recte præferunt late.



701) erat. par idem tempus Bomilcar, cuius impulsu  
 Iugurtha deditio[n]em, quam metu deseruit, incep[er]at,  
 suspectus regi et ipse eum suspiciens, novas res cu-  
 pere, ad perniciem eius dolum quærere, diu noctu-  
 que fatigare animum. denique omnia tentando, so-  
 cium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem,  
 magnis opibus, 2) carum acceptumque popularibus  
 suis: qui plerumque seorsum ab rege exercitum duc-  
 tare, et omnes res exsequi solitus erat, quæ Iugur-  
 thæ fesso aut maioribus adstricto superaverant; ex  
 quo illi gloria opesque inventæ. Igitur utriusque con-  
 silio dies insidiis statuitur: cetera, uti res posceret,  
 ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum  
 profectus, quem inter hiberna Romanorum iussus ha-  
 bebat, ne ager, inultis hostibus, vastaretur. is post-  
 quam, magnitudine facinoris percussum, ad tempus  
 non venit, metusque rem impediens; Bomilcar si-  
 mul cupidus incepta patrandi, et timore socii an-  
 xijs, ne, omisso vetere consilio, novum quæreret,  
 literas ad eum per homines fideles mittit, mollitiem  
*secordiamque viri accusare, testari deos, per quos iu-  
 ravisset; praemia Metelli in pestem ne converteret;*  
*Iugurthæ exitium adesse; ceterum suane, an virtute  
 Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret  
 cum amino suo, praemia, an cruciatum mallet.* sed

cum

1) *Cave credas, eo gravius punitur, quod civis de Latio,*  
*non Romanus fuisset. Persugas certe, qui nominis Latini*  
*erant, securi percusso[s], et Romanos in crucem sublatos do-*  
*cet Liv. XXX. sed Turpilium iniuste et ex odio Marii dam-*  
*natum refert Plut. in Mario.*

2) *Ali. magnis opibus clarum, acc.*

cum eæ literæ allatæ, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, iulecto quiescebat: ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde uti ægrum animal solet, somnus cepit. Erat ei Numida quidam <sup>71</sup> negotiorum curator, fidus acceptusque, et omium consiliorum, nisi novissimi, particeps. qui postquam allatas literas audivit; ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introit. dormiente illo epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit ac perlegit: dein propere, cognitis insidiis, ad regem pergit. Nabdalsa, post paulo expperrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acti, 1) cognovit: primo indicem persecui conatus: postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit, 2) quae ipse paravisset 3) facere, perfidia clientis sui 4) praeventa: lacrumans obtestatur per amicitiam, perque sua antea fidoliter acta, ne super tuli scelere suspectum se habcret. Ad <sup>72</sup> ea rex aliter, atque animo gerebat, placide respondit. Bomilcare aliisque multis, quos soeos insidiorum cognoverat, interfectis, iram oppresserat: ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Neque post id locorum 5) Iugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuere:

1) Vulg. ex persugis cog. Ald. et Pal. 2. ex servis cog. Nazar. expertus cogn. Hinc addimentum ex c. 73. petitum Grut. exigitur.

2) Vocem dicit vulg. hic insertam, sive Guelf. & Cort. delet.

3) Facere haud bene Cort. ut glossam, abiecit.

4) Sic Ald. et omnes MSS. Vulg. preventum.

5) h. e. postea: cf. supra c. 62.



neque loco, neque mortali -cuiquam aut tempori sa-  
tis credere: 1) cives, hostes iuxta metuere: circum-  
spectare omnia, et omni strepitu pavescere: alio at-  
que alio loco, sæpe contra decus regium, noctu re-  
quiescere: interdum somno excitus, arreptis armis  
tumultum facere: ita formidine, quasi vecordia,  
73 exagitari. Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris  
et indicio patefacto ex perfugis cognovit; rursus,  
tamquam ad integrum bellum, cuncta parat festinat-  
que. Marium, fatigantem de profectione, simul et  
invitum, et offensum sibi, parum idoneum ratus,  
domum dimittit. et Romæ plebes, literis, quæ de  
Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volenti ani-  
mo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas,  
quæ antea decori, invidiæ esse: at illi alteri generis  
humilitas favorem addiderat. ceterum in utroque  
magis studia partium, quam bona aut mala sua mo-  
derata. Præterea seditioni magistratus volgum ex-  
agitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcet-  
sere, Marii virtutem in maius celebrare. denique  
plebes sic accensa, uti opifices agrestesque omnes,  
quorum res fidésque in manibus sitæ erant, relictis  
operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post  
illius honorem ducerent. Ita, perculta nobilitate,  
post multas tempestates novo homini consulatus man-  
datur. et postea populus a Tribuno plebis Manilio  
Mancino rogatus, quæ vellet cum Iugurtha bellum  
gerere? frequens Marium iussit. 2) Senatus paulo ante

1) Vulg. cives hostesque. c. 62.

2) Hæc a Cortio emendata lectio verior quam vulg. Sed  
Sen. paulo ante Metello Numidiam decr.

Metello decreverat: ea res frustra fuit. Eodem tempore 74 Iugurtha, amissis amicis, (quorum plerosque ipse necaverat; ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad Regem Bocchum profugerant) cum neque bellum geri sine administris posset, et novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri, periculosem duceret, 1) varius incertusque agitabat: neque illi res, neque consilium aut quisquam hominum satis placebat: itinera praefectosque in dies mutare: modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere: saepe in fuga, ac post paulo spem in armis habere: dubitare, virtuti popularium, an fidei minus crederet. ita, quocumque intenderat, res adversae erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati instructique 2). deinde prælium incipitur. qua in parte rex 3) affuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes 4) primo concursu pulsæ fugatiæ: Romani 5) signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti. nam ferme Numidas in omnibus præliis pedes magis, quam arma, tuta sunt. Ea fuga 75 Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Tha-

## L 2

1) Al. vagus, al. vanus: et mox agitabatur.

2) Al. addunt sunt; in Aldina omissum.

3) Vulg. inserunt pugnæ.

4) Al. subdunt h. l. eius milites. Glossa, Indigna visa  
Guteto et Cortio, deleantur.

5) Sequimur lectionem Cortii ex quinque MSS. restitutam.

Vulg. sign. et armorum, et aliq. num. hostium  
potiti.



lam pervenit: 1) id oppidum magnum et opulentum, ubi plerique thesauri, filiorumque eius multus pueritiæ cultus erat. Quæ postquam Metello comperta, quamquam inter Thalam flumenque proximum, spatio millium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere aggreditur. igitur omnia iumenta sarcinis levari iubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modo, et alia aquæ idonea portari. præterea conquirit ex agris, quam plurimum potest, domiti pecoris; 2) eo imponit vasa cuiusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. ad hoc finitumis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurimum quisque aquæ portarent: diem locumque, ubi præsto forent, prædictit. ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam supra diximus, iumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. deinde ubi ad id loci ventum, quo Numidis præceperat, et castra posita munitaque sunt; tanta repente cœlo missa vis aquæ dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret: præterea commeatus spe amplior; quia Numidæ, sicuti plerique in nova ditione, officia intenderant. ceterum milites, religione, pluvia magis usi: eaque res multum animis eorum addidit: nam rati sese dis immortalibus curæ esse. Deinde postera

1) Vulgo in. Nos Codd. alios et Wassium sequimur.

2) Eo adverbium notat in e o. Vulgo autem cum copula editur, quæ in duobus Codd. ap. Cort. pulchrius omittitur.  
Al. eique.



die, contra opinionem Iugurthæ, ad Thalam pervenient. oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnus bellum párate: idem nostri facere. Sed rex <sup>76</sup> nihil iam infectum Metello credens, quippe qui omnia, arma tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit. neque postea in ullo loco amplius una die aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat: nam talia consilia per otium ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos prælio intentos, simul oppidum et operibus et loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumvenit. deinde 1) locis ex copia 2) maxume idoneis vineas

1) Priores ed. habebant id. iubet duobus locis ex copia max. id. vinc. agcre superque eas agg. iacere et super aggerem impositis turr. opus et ministros tutari. Ab Aldina omissum duabus Glareanus etiam iubet deleri iussit. Tum Aldinus Codex omisit eas: ridiculum glossema, ab iis ortum, qui super l. insuper non adverbii, sed præpos. vim habere putabant. Nescimus autem quam bene Cort. omisit superque l. quod alii habent insuper; et sqq. retinuerit. Memorat vero is in Cod. Fabr. 2. non in contextu legi, sed superscriptum iacere et super aggerem, in aliis verbam impositis varie transfici, que verba supervacua et a librariis ingesta reiicimus. Verbum iacere ex c. 37. extra hoc repetitum videtur. Ita Sallustio suam brevitatem reddimus; quæ nec ab ipso Cic. aliena sit. Ita is ad div. XV, ep. 4, n. 21. aggere, vincere, tursibus oppugnavi.

2) s. multitudine soi, locorum; s. ex omnibus.



1) agere, insuper aggere 2), turribus, opus et 3) administratos tutari. contra hæc oppidanī festinare, parare: prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. denique Romani, multo ante labore præliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: præda omnis a perfugis corrupta. ii postquam murum arietibus feriri, resque suas afflictas vident, aurum atque argentum, et alia, quæ prima ducuntur, domum regiam compor-tant: ibi vino et epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus pœnas 4) metuerant, eas ipsi volentes pependere.

77 Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes, uti praefidium præfectumque eo mittaret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, novis rebus studere, adversum quem neque imperia magistratum, neque leges valerent: ni id sefinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani iam inde a principio beili Iugurthini ad Bestiam consulem, et postea Romanam miserant, amicitiam-societatemque

2) Vineæ plures in ordinem iungebantur, sub quibus sublidentes oppugnatores tuli ad subruenda mitorum penetrant fundamenta, ut ait Veget. IV, 15.

3) Taendo operi vinearum fruebatur agger muro oppidi I. æqualis I. etiam sublimior; unde et ex turribus in ipso aggere constitutis, defensores muri telis petebantur; cf. Zofim. Hist. II. 25 init. et qui de his scripsere.

4) Sic ab Aldina meliores edd. Alii male ministras.

4) Corr. metuerant.

rogatum: deinde, ea impetrata 1), semper boni si-  
delesque mansere: et cuncta a Bestia, Albino, Me-  
telloque imperata navi fecerant. itaque ab impera-  
tore facile, quæ petebant, adepti. 2) eo missæ co-  
hortes Ligurum quatuor, et C. Annus præfectus. Id 78  
oppidum ab Sidoniis conditum, quos accepimus pro-  
fugos ob discordias civiles, navibus in eos locos ve-  
nisse: ceterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen  
ex re inditum 3). nam duo sunt sinus prope in ex-  
trema Africa impares magnitudine, pari natura:  
quorum proxima terræ præalta sunt; cetera, uti  
fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. nam ubi  
mare magnum esse, et sævire ventis cœpit, limum  
arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies  
locorum cum ventis simul mutatur 4). Eius civitatis  
lingua modo conversa connubio Numidarum: 5) le-  
ges, cultusque pleraque Sidonica. quæ eo facilius  
retinebant, quod procul ab imperio regis ætatem  
agebant: inter illos et frequentem Numidiām multi  
vastique loci erant.

1) Vulgo additum fuere; quod nec Aldina pluresve Cod.  
habent, et Cort. omisit. Variant Cod. alii ubi ea sunt  
imp. al. ea ubi fuere; quidni et ubi omittas? ea  
(scil. a m. et Soc.)

2) Aldina missæ sunt eo coh. Deinde recuperunt. E-  
missæ eo coh. Sed eo locum variat: et emissæ h. l.  
haud aptum videtur. Nobis præivore Cod. Vinar. I. et  
Fabr. 2. ap. Cort.

3) a συγεῖν, trahere; quod auctor flatim ipse explicat.

4) Quod vulg. addunt: (Syrtes ab tractu nominatae)  
ut turpem glossam, recte eiecit Cort.

5) Vulgo legum. Cort. Codd. nixus rocte prætulit leges.



79 Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus: non indignum videtur, egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginensium memorare. eam rem 1) locus admonuit. Qua tempestate Carthaginenses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulentí fuere. ager in medio arenosus, una specie: neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret. quæ res eos in magno diurno bello inter se habuit. postquam utrinque legiones 2), item classes, fusæ fugatæque, et alteri alteros aliquantum attriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alias aggredieretur, per inducias sponsonem faciunt, *uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuisserent, is communis utriusque populi finis haberetur.* Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen *Philaenis* erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. id secordiane, an casu acciderit, pa- rum cognovi: ceterum solet in illis locis tempestas haud secus, atque in mari, retinere. nam ubi per loca æqualia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit; ea magna vi agitata, ora oculosque implere solet: ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se vident, et ob rem corruptam domi pœnas metuunt; criminari, *Carthaginenses ante tempus domo* 3) *digerre*, conturbare rem, denique omnia malle, quam victi abire. sed cum Pœni aliam conditionem, tan-

1) Cum Cætio omittimus nos.

2) Copiae terribiles s. exercitus, ut ap. Vellei I, 8.

3) Vulg. digressos.

tummodo æquam, peterent; Græci optionem 1) Carthaginensium faciunt, *vel illi, quos fines populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros.* Philæni, conditione probata, seque vitamque reipublicæ condonavere: ita vivi obruti. Carthaginenses in eo loco Philænis fratribus aras consecravere: aliqui illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

Iugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis 80 firmum contra Metellum putat; per magna solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gætulos, genus hominum ferum incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani. eorum multitudinem in unum cogit: ac paulatim consuefacit, ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. præterea regis Bocchi proximos 2) magnis muneribus, et maioribus promissis, ad studium sui perducit. quis adiutoribus regem aggressus impellit, uti adversum Romanos bellum suscipiat. id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus initio huiusc belli legatos Romanam miserat, fœdus et amicitiam petitum: quam rem opportunissimam incepto bello, pauci impediverant, cæci avaritia (3) quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat). etiam antea Iugurthæ filia 4) Bocchi nupse-

1) Aldina Carthaginensibus. Sed Plautinum est,  
tua sit optio utrum-an.

2) s. amicos, familiares: uti Catil. 14. de Bonilcare suprac 35.

3) Quod uincinis inclusimus, supervacuum est post verba cæci av. et a sciole intrusum videtur ex Cat. c. 30.

4) Vett. edd. Boccho. Sed Catil. Freinsh. Spanh.  
ex hist. ac Codd. (et ap. Corr.) legendum videre Boc-



rat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque  
levis dicitur; quod singuli, pro opibus quisque,  
quam plurimas uxores, denas alii, alii plures ha-  
bent, sed reges eorum amplius. ita animus multitudine  
distrahitur: 1) nulla pro socia obtinet: pariter omnes  
viles sunt. Igitur in locum ambobus placitum exer-  
citus conveniunt. ibi, fide data et accepta, Iugur-  
tha Bocchi animum oratione accedit: *Romanos in-  
iustos, profunda avaritia, communes omnium hostes  
esse: eandem illos causam belli cum Bocco habere,  
quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperi-  
tandi, quis 2) omnia regna adversa sint 3): tum se,   
pulo ante Carthaginenses, item regem Persen, post,  
uti quisque opulentissimus 4) videatur, ita Romanis  
hostem fore. His atque aliis talibus dictis ad Cirtam  
oppidum iter constituant: quod ibi Metellus praedam  
captivisque et impedimenta locaverat. ita Iugurtha  
ratus, aut, capta urbe, operae pretium fore; aut si  
Romanus auxilio suis venisset, praelio se certatueros.  
nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem im-  
minuere; ne moras agitando, aliud, quam bellum,*

chi. Florus et Plut. Bocchum Iug. socium vo-  
cant; cf. Freinsh. ad Flor. III, 2.

1) Vulgo male nullam. nam obtinet absolute dicitur; et  
int. ius s. locum. Nulla socia tori est dignitatis regiae.

2). Quis referunt ad illos.

3) Simile loquitur Caractacus rex Britannus ad Claudium im-  
perat. ap. Tac. An. XII, 37. Nam & vos omnibus  
imperitare vultis, sequitur, ut omnes servi-  
tatem accipiant.

4). Grut. et Cort. censem commode deleri videatur, in  
quo MSS. variant, al. videbatur, al. video.



mallet. Imperator posquam de regum societate cog- 82  
 novit; non temere, neque, uti saepe iam victo Iu-  
 gurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam  
 facit. ceterum haud procul ab Cirta, castris muni-  
 tis, reges opperitur, melius ratus, cognitis Mauris,  
 quoniam is novus hostis acceperat, ex commodo  
 pugnam facere. Interim Roma per literas certior  
 fit, 1) provinciam Numidiam Mario datam: nam con-  
 sulem factum, iam antea acceperat. quis rebus su-  
 pra bonum atque honestum 2) percussus, neque la-  
 crumas tenere, neque moderari linguam: vir egre-  
 gius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem pati.  
 quam rem alii in superbiam vertebant; alii bonum  
 iugenum contumelia accensum esse; multi, quod iam  
 parta victoria ex manibus eriperetur: nobis satis  
 cognitum, illum magis honore Marii, quam iniuria  
 sua excruciatum; neque tam anxie laturum fuisse,  
 si ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.  
 Igitur eo dolore impeditus, et quia fluitiae videba- 83  
 tur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad  
 Bocchum mittit, postulatum, ne sine causa hostis po-  
 pulo Romano fieret: habere cum magnam copiam so-  
 cictatis amicitiaeque coniungenda, quac potior bello  
 esset: quamquam opibus consideret, non debere incerta  
 pro certis mutare. omne bellum sumi facile, ceterum  
 aegerrime definere: non in eiusdem potestate initium

1) Ed. Colon. 1615 Rutg. Herm. etc. sic ordinant Mario  
 p. N. datam.

2) Supra quam bonum atque bon. erat; s. præter  
 id, quod ipse bonum erat, (præter constantiam animi) et  
 quod talen virum decebat, quod linguam non moderaretur,



*eius et finem esse: incipere cuvis, etiam ignavo lice-  
re; deponi, cum victores velint. proinde fibi regnoque  
consuleret; neu florentes res suas cum Jugurthae per-  
ditis misceret.* Ad ea rex satis placide verba facit:  
*sese pacem cupere, sed Jugurthae fortunarum misere-  
ri: si eadem illi copia 1) fieret, omnia conventura.*  
Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncies  
mittit ille probare partim, 2) partim abnuere. Eo  
modo saepe ab utroque missis remissisque nunciis tem-  
pus procedere, et, ex Metelli voluntate, bellum in-  
tactum trahi. At Marius, ut supra diximus, cupien-  
tissima plebe Consul factus, postquam ei provinciam  
Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobili-  
tati, tum vero multus atque ferox instare: singulos  
modo, modo universos laedere: dictitare, *sese con-  
sulatum ex victis illis spolia 3) cepisse;* alia præterea  
magnifica pro se, et illis dolentia. Interim, quæ  
bello opus erant, prima habere: postulare legioni-  
bus supplementum, auxilia a populis et regibus so-  
ciisque arcessere: præterea ex Latio fortissimum  
quemque, plerosque militiæ, paucos fama cognitos  
accire, et ambiendo cogere 4) homines emeritos sti-

1) Societatis amicitiæque cum Rom. coniungendæ. Alii vero  
Codd. foret, quod Cort. probat.

2) Sic Codd. quidam rectius, quam alii, qui ob concursum  
omisoro alterum, quam elipsin, a mendo librariorum ortam,  
alii et ipse Cort. in nescio quam elegantiam trahunt. (Sed  
vide mox c. sq. singulos modo, modo univ.) Vulgo  
emendandi causa editum: partim, alia ab.

3) Tanquam spolia ex victis illis s. nobilibus

4) h. e. ad militiam, uti mox et cap. seq. p. 179 etc. Glos-  
sarii cogere credentes esse simpliciter adigere, necessi-

pendiis. neque illi Senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat; ceterum 1) supplementum etiam latus decreverat: quia, 2) neque plebe militiam volente, putabatur Marius aut

tatem afferre, fecere ut in textum post Appendix inferretur glossema secum proficiisci. quod ut reiculum videtur Cortio, ita nos omittimus; tum emeritis fide Codd. ap. Cort. emendamus in emeritos.

1) Ceterum (h. l. sed) etiam latus decem suppl.

2) h. e. quia, plebe, quamvis bellum iuberet, militiam nolente, putabatur Marius etc. (et sic tres Codd. ap. Cort. legunt) Antiquis enim, quod Februus post Asinium Capitonem observat, nec pro non possum; et sic Cic. de Leg. III, 10, c. 4. Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto; vid. plura in Gesneri thes. Nobisque videtur, neque volente h. l. dici in modum vulgati nec opinante. Scil. lectio Ald. eaque Rivio et Glaz. probata, et ipsorum codd. adeo subnixa, etiam VIII codd. melioribus ap. Cort. firmata, nobis verior videtur, quam illa Gruteri ex codd. suis producta alisque recepta, quia neque plebi militiam volenti putabatur, et Mar. quod neque latine, neque græce dictum sit: convenientior etiam, quam illa que Carrioni, Ciaccon. in tantum Castil. Crispino et Cortio sex codd. nixo, (quibus Hotting. addit cod. Thos. et edd. priscas Ven. ac Rom.) quia neque plebi militia volenti oputabatur, et Mar. Et facile credoremus his, quibus haec ditio l. veterem latinitatem redolere magis, l. græcismum, Sallustio alibi et Tacito (cf. Rhen. ad Taciti Agric. 18.) acceptum sapere videtur, nisi duo obflarent. Primum facilius, putari Marium aut - - aut - - amissum esse, velut in disjunctis; quam nobilibus putari id, quod alias expertum erat, scil. plebem invitam cogi ad militiam, sed nunc ex



belli usum 1), aut studia vulgi amissurus. sed ea res frustra sperata. tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque praeda locupletem, victorem domum redditum, alia huiuscemodi, animis trahebant: et eos non paulum oratione sua Marius arreverat. nam postquam, omnibus, quæ postulaverat, decretis, milites scribere volt; hortandi causa simul, et nobilitatem, uti consueverat, exagrandi, concessionem populi advocavit. deinde hoc modo differuit:

85 *Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, et, postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse; dehinc per ignaviam et superbiam aetatem agere. Sed mihi contra ea videtur, 2) nam quo univrsa respulca pluris est, quam consulatus aut praetura, eo maiore cura illam administrari, quam haec peti debere. Neque me fallit, quantum cum maximo beneficio vestro negotii sustineam. Bellum parare simul, et acrio parcere; cogere ad militiam, quos nolis offendere 3); domi forisque omnia curare; et ea agere inter invi-*

*eo irritum fuit, quod plebs militiam subterfugere solita, a more defecisset ad spem praedæ a Mario propositæ. Tum partes dictorum Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus, magis consequentes esse ex odio ille militie, quam ab eo dilungendas, nemo non iudicet.*

1) b. e. ea, quæ opus forent, supplementa.

2) Vulgo videtur interpongunt a sqq. illam adm. q. b. peti debere. male. Hoc nam b. l. non inchoat sententiam sed interiicitur ut scilicet s. nempe declarandi causa. forsitan quis malit pro eo etiam.

3) Scil. plebem.



dos, occurſantes<sup>1)</sup>, factiosos<sup>2)</sup>, opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si deliquerent, vetus nobilitas, maiorum facta fortia, cognatorum et affinum opes, multae clientelae, omnia haec praefidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitae, quas necesse est et virtute, et innocentia turari. nam alia<sup>3)</sup> infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conversa esse: nequos bonosque favere (quippe bene facta metu recipublicae procedunt<sup>4)</sup>; nobilitatem locum invadendi querere, quo mihi acrius adnitendum est, ut neque vos capiamini<sup>5)</sup>, et illi frustra sint. Ita ad hoc actatis, a pueritia fui, ut omnes labores pericula consueta habeam. quae ante vestra beneficia<sup>6)</sup>, gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede<sup>7)</sup>, deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem scel. probos simulavere: mihi, qui omnem actionem in optimis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in naturam vertit. Bellum me gerere cum Iugurtha iussisti; quam rem nobilitas aegerrime tulit. Quaeſo, reputato cum animis vestris, num id mutare melius sit, si quem ex illo globo<sup>8)</sup> nobilitas

1) s. obſtinentes.

2) Nobiles, potentes innuit.

3) Int mihi; s. in aliis (nobilitate, opibus, cognatione, clientelis) infirmus sum.

4. s. templ. augent.

5) a nobilibus, qui locum invadendi querunt.

6) h. e. antequam a vobis beneficia accepi.

7) Scil. consulatu et rerum in Numidia potestate.

8) Invidiosa vox, quod patet ex exemplis: coniuratio, conſenſio, iuvenum horum etc. globus.



*tis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris prosapiae ac multarum imaginum, et nullius stipendii: scilicet ut in tanta re, ignarus omnium, trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii 1). Ita plerumque evenit, ut quem vos imperare iussistis, is 3) imperatorem alium querat. 2) Ac ego scio, Quirites, qui, postquam Consules facti sunt, acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint; homines praeposteri. nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re atque usu prius est 4). Comparete nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. quae illi audire et legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi: quae illi literis, ego militando didici. nunc vos existumate, facta, an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam; ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. quamquam ego naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum. ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, mene, an illos ex se gigni maluerint; quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quam optumos voluisse? Quod si iure me despiciunt, faciunt idem maioribus suis: quibus, uti mihi, ex*

*vir.*

1) Cortius bene resecuit suis.

2) Sibi vulgo insertum Cort. codd. fide recte delevit.

3) Ita Cort. Aldina. Al. atqui, alii at.

4) h. e. rem militarem, quæ consulis erat, gerere, tempore posterius est, quam fieri consulem; sed ea quæ consule digna sunt, militando ante didicisse oportet, quam quis fieri velit consul.

virtute nobilitas coepit. invident honori meo ergo  
invident et labori, innocentiae, periculis etiam meis:  
quoniam per haec illum cepi. Verum homines cor-  
rupti superbia ita aetatem agunt; quasi vestros hono-  
res contemnunt; ita hos petunt; quasi honeste vixerint.  
Ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter exspec-  
tant, ignaviae voluptatem et praemia virtutis. Atque  
etiam cum apud vos aut in Senatu verba faciunt, ple-  
raque oratione maiores suos extollunt; eorum sortia  
facta memorando clariores esse putant: quod contra-  
est 1). nam quanto vita illorum praeccliarior, tanto  
horum secordia flagitosior. et profecto ita sc̄ res ha-  
bet: maiorum gloria posteris lumen est; neque bona,  
neque mala in occulto patitur. Huiuscē rēi ego in-  
spiam patior, Quirites; verum id, quod multo praec-  
clarius est, meam facta 2) mihi dicere licet. Nunc  
videte, quam iniqui sint. quod ex aliena virtute sibi  
arrogant, id mihi ex 3) mea non concedunt: sc̄llineat;  
quia imagines non hubeo; et quia mihi nova nobilitas  
est; quam certe peperisse melius est, quam ad eam  
corrupisse. Evidem ego non ignoro, si iam 4) respon-  
dere velint, abunde illis facundam et compositam ora-  
tionem fore. Sed in maximo vestro beneficio, cum

1) Cortius nugans delet est; et mox pro quanto delet  
quantum.

2) Mihi hic insertum locum variat, quod et quidam codd.  
omittunt. Duo codd. ap. Corti meam et si unde forsitan eli-  
cias: mihi mea. Sed meam et aliis nimium ad rem vi-  
deatur.

3) unus Cod. ap. Corti habet me.

4) Aldina et seqq. inserunt mihi.



*omnibus locis me vosque maldictis lacerent, non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret 1). Nam me quidem, ex animi 2) sententia, nulla oratio laedere potest: quippe vera necesse est bene praedicet; falsam vita moresque mei superant. sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, et maximum negotium imposuistis; etiam atque etiam reputate, num id poenitendum sit. Non possum, fidei 3) causa, imagines, neque triumphos, aut consulatus maiorum meorum, ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices adverso corpore. Haec sunt meae imagines, haec nobilitas, non hereditate reicta, ut illa illis; sed quae ego plurimis laboribus et periculis quaesivi. Non sunt composita verba mea; 4) parum id facio. ipsa se virtus satis ostendit, illis artificio opus est, uti turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici: parum placebat, eas disdere; quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt 5). at illa multo optima 6) reipublicæ doc-*

1) b. c. ne tacendo viderer, quæ adversarii obiciant, ipsa mihi turpia dicere.

2) Alii inserunt me i; idque propugnat Urbinus. Sed facile caremus cum Ald. Crisp. Cortio, qui affeversandi formulam et vanitatem declinandi putat.

3) Int. faciendæ.

4) Aldina parvi, eamque sequitur Gruterus. Pro nostre Rant Codd et odd. vett. et ex rec. ed. Colon. 1615. Crispin. et Cort. etc.

5) Vixi enim sunt Graeci a Romanis.

6) s. utilissima reip.



*tus sum: hostem ferire, praefidia agitare 1), nihil metuere nisi turpem famam, hiemem et acstatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam et laborem tolerare. His ego praeceptis milites hortabor: neque illos arcte colam; me opulenter 2); neque gloriam meam laborem illorum faciam 3). Hoc est utile, hoc civile imperium: namque cum tute per mollitatem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominium, non imperatorem esse. Haec atque talia maiores vestri faciendo seque remque publicam celebravere. quis 4) nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit: et omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos, a vobis repetit. Ceterum homines superbissimi procul erant. maiores eorum omnia, quae licebat 5) illis reliquere, divitias, imagines, memoriām sui praeclarām. virtutem non reliquerunt; neque poterant: ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me et incultis moribus aiunt; quia parum scite convivium exorno, neque histriōnēm 6) ullum, neque pluris pretii coquum quam villicum, habeo. quae mihi lubet confiteri. Nam ex paronte meo, et*

## M 2

i) h. e. in oppidis et castellis defendendis me exercere.

2) h. e. Alios levete et contente habebo, me mollieret magis.

3) Tac. Agric. 22. Nec Agricola unquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurionem seu prefectus, incorruptum facti tecum habebat.

4) Int. maiotibus:

5) Int. relinquere.

6) si cantorem f. minimum.



*ex sanctis viris ita accepi, munditas mulieribus, vi-  
ris laborem convenire; omnibusque bonis oportere plus  
gloriae, quam divitiarum 1); arma, non suppellec-  
tum, decori esse. Quin ergo, quod iurat, quod carum  
aestimant, id semper faciant: ament, potent: ubi  
adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in con-  
vivis, dediti ventri: et turpissimae parti corporis: su-  
dorem, pulverem, et alia talia relinquant nobis, qui-  
bus illa epulis iucundiora sunt. Verum non est ita:  
nam ubi se omnibus flagitiis dedecoravere turpissimi  
viri, honorum praemia creptum eunt. ita iniustissime  
luxuria et ignavia, pessimae artes, illis, qui coluere  
eas, nihil officiunt; reipublicae innoxiae. cladi. sunt.  
Nunc quoniam illis, quantum mores mei, non illorum  
flagitia, poscebant, respondi; pauca de republica lo-  
quar. Primum omnium de Numidia. bonum habetote  
animum, Quirites. nam quae ad hoc tempus Iugur-  
tham 2) tutata sunt, omnia removistis; avaritiam, im-  
peritiam, superbiam 3). Deinde exercitus ibi est,  
locorum sciens; sed mehercule magis strenuus, quam  
felix. nam magna pars avaritia, aut temeritate du-  
cum attrita est. Quamobrem vos, quibus militaris  
aetas, adnitimini mecum et capeſſite rempublicam:  
neque quemquam ex calamitate aliorum, aut impera-  
torum superbia metus coperit. Egomet in agmine,  
in praetorio consultor. idem et socius periculi vobiscum  
adero; meque vosque in omnibus rebus iuxta geram.*

1) Vulg. inserunt esse. quod et abesi in Codd. Gruti ac  
Cortii; et redundaret, cum eodem claudatur dictum.

2) Alii preferunt tutam.

3) Avar. Besiae, imper. Auli, sup. Mazzelli.

*Et profecto, dis iuvantibus, omnia matura 1) sunt, victoria, praeda, laus: quae si dubia aut procul es- sent, tamen omnes bonos reipublicae subvenire 2) de- cebat. Etenim ignavia nemo immortalis factus: neque quisquam parens liberis, uti aeterni forent, opta- vit; magis, uti boni honestique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent: nam strenuis abunde dictum puto.*

*Huiuscemodi oratione habita, Matius postquam 86 plebis animos arrectos videt, propere commeatus, stipendio, armis, aliis utilibus naves onerat: cum his A. Manlium legatum proficisci iubet. Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex classi- bus 3), sed uti cuiusque lubido erat, capite censos 4) plerosque. id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat. et homini potentiam quæ- renti egentissimus quisque opportunissimus: cui ne- que sua 5) curæ, quippe quæ nulla sunt, et omnia*

1) h. e. prona; (Tac. H. III, 64. et omnia prona vic- toribus) s. proxima. Certius ac citius ventura nimisrum opponuntur iis. quæ dubia aut procul sunt.

2) Sic Ald. Al. decet. Nonnulli deceret.

3) Scil. quinque, in quas cives Romani distributi erant, pro- terum et bonorum copia tributum latiri; e quibus milites conscribantur.

4) Qui nullo aut pravissimo ore censebantur. sic dicti; quod nihil sere in tabulas censuales referendum haborent, prius caput suum, h. e. se, ipsos. Neque hi ad militiam alias co- gebantur.

5) Ald. cara: sed Rivius praesert nostrum, plerisque MSS. Grmum.



cum pretio honesta videntur. Igitur Marius cum maiore aliquanto numero, quam decretum erat, in Africam profectus, diebus paucis Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. nam Metellus conspectum Marii fugerat; ne videret ea, quæ 87 audita animus tolerare nequiverat. Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et præda onustum proficiscitur: omnia ibi capta militibus donat. dein castella et oppida natura et viris parum munita aggreditur: prælia multa, ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnæ adesse: videre fugientes capi, occidi: fortissimum quenque tutissimum: armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi; gloriam atque divitias quæri. sic brevi spatio novi veteresque coaluere; et virtus omnium æqualis facta. At reges, ubi de adventu Marii cognoverunt, diversi in locos difficiles abeunt. ita Iugurthæ plauerat, speranti, mox effusos hostes invadi posse; Romanos, sicuti plerosque, remoto metu, laxius li- 88 centiusque futuros. Metellus interea Romam profectus, contra spem suam, lætissumis animis excipitur: plebi patribusque, postquam invidia deceperat, iuxta carus. Sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere; cognoscere quid boni utrisque, aut contra esset; explorare itinera regum, consilia et infidias antevenire; nihil apud se remisum, neque apud illos tutum pati. itaque et Gætu- los, et Iugurtham, ex sociis nostris prædam agentes, sæpe aggressus in itinere fuderat; ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quæ



postquam 1) gloria modō , neque belli patrandi 2) cognovit, statuit urbes, quæ viris aut loco pro hostibus, et adversum se opportunissimæ erant, singulas circumvenire: ita Iugurtham aut præsidiis nudatum, si ea pateretur, aut prælio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum sæpe miserat, velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret. id simulaveritne, quo improvisus gravior accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum. Sed Consul, uti statuerat, 80 oppida castellaque munita adire: partim vi, alia metu aut præmia ostentando, avertere ab hostibus. ac primo mediocria gerebat, existumans, Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum. sed ubi procul abesse, et aliis negotiis intentum accepit; maiora et aspera aggredi tempus visum. Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens, nomine

1) Codd. al. et Ald. gloria, m. facta sunt; neque bel. patr. copiam, qm̄ recte præsecuit Rutilus iuxta Priscianum. Hic vero h. l. subaudiri vult causa, quod et Catil. c. 6, n. 5 ad multorum sensum et exempla ap. Tacitum frequentia supplicivimus. Sed malunt alii intelligere esse, ut sit genitivus periphrasticus adiectivi haec vim habentis ad bellum patrandum facientia esse. Sic et fragm. hist. I, in orat. Lepidi: At ille eo processit, ut nihil gloriosum, nib tuum, et omnia (quæ) retinenda dominationis (erant) honesta existimat.

2) Cort. dedit gravius. Aptius idem ex membranis Nazar. Rem l. etc. restituit accideret prouulg. accederet. Illud enim etiam de hominibus dicitur, qui de improviso veniunt cf. infra c. 107. extr.



Capsa: cuius conditum 1). Hercules Libys memorabatur. eius cives apud Iugurtham immunes, levius 2) imperio, et ob ea fidelissimi habebantur: muniti adversum hostes non mœnibus modo, et armis atque viris, 3) verum etiam multo magis locorum asperitate. nam, præter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquæ, infesta serpentibus: quorum vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior; ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis quam alia res, accenditur. Elias potiundi Matrum maxima cupido invaserat: cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur. et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque: nisi quod apud Thalam haud longe a mœnibus aliquot fontes erant; Capenses una modo, atque ea intra oppidum iugi aqua, cetera pluvia utebantur. id ibique, et in omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat 4), eo facilitius tolerabatur, quia Numidæ plerumque lacte et

- 1) Orosius V, 15. ab Hercule Phœnices conditam scribita: Omnes autem fortes vii olim dicti Hercules, multaque in Africa vespigia Herc. et aliis, et aliis T. 44  
 2) silent, quod alii volunt.  
 3) Cætius redditivum verum etiam redit more suo.  
 4) Quæ perinde ut longius tecum debat a mari, incultior erat. Alii Codd. agebat ut. Neque Cætius textui latiti palerme consuluit rescribendo, qui p. r. a. m. i. n. c. agebat; sed sic aptius deinceps dedit, toletabant. Malumus translationem speciosam, qua verbum rei mobilis appetitus ad immobilem transferre, cum præsertim Africa posset h. i. Africæ suæolas. Sic iusta L. III, stigm. Pomp. ep. ad Sen: exi. Gallia: Bunc: ipsa vix agitat.

ferina carne vescebantur, neque salem, neque alia irritamenta gulæ quærebant: cibus illis adversum famem atque sitim, non libidini, neque luxuriæ, erat. Igitur Consul, omnibus exploratis, credo, dis fretus<sup>90</sup>. (nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur; quod Numidæ pabulo pecoris magis quam arvo student, et quodcumque natum fuerat, iussu regis in loca munita contulerant; ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate, nam æstatis extremum erat) tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus prædæ fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire iubet (1) dicitque *se praedabundum post pauos dies codem venturum*. Sic incepto suo<sup>91</sup> 2) occulto pergit ad flumen Tanam. Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas, æqualiter distribuerat, et, ex coriis utræs uti fierent, curabat: simul et inopiam frumenti lenire, et, ignarbis omnibus, parare, quæ mox usui forent. denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxima vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egredorentur, paratos esse iubet; omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque et iumenta onerare.

1) Hoc verbum contra Codd. et edd. omnes, sed monente Gruterio expunxit Cort. Nos uncinis includimus, quod possit omitti uti supra, c. 14. ante singere et infra c. 109 et 111.

2) Sic bene Cortius Vulg. occultato.



dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam itinere facto, consedit. idem proxima fecit. dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissime potest, cum omnibus copiis operitur. Sed ubi dies cœpit, et Numidæ, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi; repente omnem equitatum, et cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, et portas obsidere iubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. Quæ postquam oppidani cognovere; res trepidæ, metus ingens, malum improvisum. ad hoc pars civium extra mœnia in hostium potestate, coëgere, uti deditio[n]em facerent. ceterum oppidum incensum: Numidæ puberes intorfecti; alii omnes venum dati: præda militibus divisa. id facinus contra ius belli, non avaritia, neque scelere Consulis admissum: sed quia locus Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominum mobile, infidum, 1) neque beneficio, neque metu coërcitum 2). Postquam tantam rem Marius, sine ullo suorum incommodo, patravit; magnus et clarus antea, maior et clarior haberi cœpit. omnia, non bene consulta 3) modo, verum

1) Vocem ante, vulgo hic insertam, codd. sive Cort. delevit.

2) h. l. coërcendum.

3) Recipimus verba modo -- data ex quibusdam Codd.

Glareano et Cortio laudatis; quæ in aliis et edd. omnibus desiderantur. neque profecto redundant: sed absque his oratio ac sensus vacillat. Eo dein referruntur mens. div. et nut. Deor.

etiam casu data in virtutem trahebantur: milites, modesto imperio habiti, simul et locupletes, ad cœlum ferre: Numidæ magis, quam mortalem timere: postremo omnes socii atque hostes credere illi aut mentem divinam, aut deorum nutu cuncta portendi. Sed Consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit; plura, deserta propter Capsenium miseras, igni corrumpt: luctu, atque cæde omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, ad aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua Capsenium, ceterum haud secus difficultem. Namque haud longe a flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchique regnum disiungebat, erat inter ceteram planitiem mons saxeus, mediocri castello, satis patens, in immensum editus, uno per angusto aditu relicto: nam omnis natura, velut opere atque consulto, præceps. quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea res forte, quam consilio, melius gesta. nam castello 1) virorum atque armorum satis, magna vis frumenti, et fons aquæ: aggeribus turribusque et aliis machinationibus locus importunus: iter castellorum angustum admodum, utrimque præcimum. vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur; nam cum eæ paulum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine pe-

1) Vulg. vir. atq. armor. satis m. vis frum.. et f. aq.  
Nostrum Gruterus coniecerat; Cort. ex Guelf. br.  
mavit.



riculo administrare: optumus quisque cadere, aut  
sauciari; ceteris metus augeri. At Marius, multis  
diebus et laboribus consumptis, anxius trahere cum  
animo, omittitne inceptum, quoniam frustra erat;  
an fortunam opperiretur, qua saepe prospere usus.  
quæ cum multos dies, 1) noctes æstuans agitaret;  
forte quidam 2) Ligus, ex cohortibus auxiliariis mi-  
les gregarius, castris aquatum egressus; haud procul  
ab latere castelli, quod 3) aversum præliantibus erat,  
4) animum advertit inter saxa repentes cochleas:  
quarum cum unam atque alteram, dein plures pete-  
ret, studio legundi paulatim prope ad summum mon-  
tis egressus est. ubi postquam solitudinem intellexit,  
5) more humani ingenii, cupido ignara visundi inva-  
dit. et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter  
saxa, paululum modo prona, dein flexa atque aucta  
in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert:

1) Vulg. noctesque æsumans h. e. inquietus s. fluctuans.

2) i. e. ex Liguria al. minus antique Ligur.

3) Vulgo ad vorsum; sed Ciacc. et Glar. nostrum tue-  
tur, quod rec. Cort.

4) Sic e vetustissimis Cort. pro animadvertisit.

5) Edd. Carrionis, Putschii, Gruteri etc. Gel-  
lium IV, 12 extr. et ex eo Nonium Marcellum secutæ  
dederunt more humanae cupidinis ignara visun-  
di. Sed MSS. omnes et edd. vett. etiam Aldina: more  
anthum. ing. cupido difficultia faciundi animum  
vertit (l. animadvertisit). Sed ed. princ. m. h. i.

ad ignara visunda vertit. In hac inconstantia satis  
plaet lectio a Cortio constituta, qui ex duobus suis  
Codd. restituit verum verbum in vadit, ceterum ignara  
h. l. passive est pro ignota.

cuius ramis modo, modo eminentibus saxis natus  
Ligus, castelli planitem prescribit 1); quod cuncti  
Numidæ intenti præliantibus aderant. exploratis  
omnibus, quæ mox usui fore ducebat, 2) eadem  
regreditur; non temere, uti 3) escenderat, sed ten-  
tans omnia et circumspiciens. itaque Marium pro-  
pere adit, acta edocet: hortatur, ab ea parte, qua  
ipse 4) escenderat, castellum tentet: pollicetur sese  
itineris periculique ducem. Marius cum Ligure,  
promissa eius cognitum, ex præsentibus 5) misit:  
quorum uti cuiusque ingenium erat, ita rem diffi-  
cilem aut facilem nunciavere. Consulis animus tam  
men paulum 6) erectus. itaque ex copia tubicen-  
num et cornicinum, numero quinque qualiter veloci-  
cissimos delegit; et cum his, præsidio qui forent,  
quatuor centuriones 7), omnes Liguri parere iu-  
bet: et ei negotio proximum diem constituit. Sed 94

1) h. e. oculis circumspicit locum eiusque ideam s. exemplar  
animo scribit. Alij codd. ligus boni habent in castello  
planitem pervenit. Sed tuncritur critici vulgatam  
lectionem ob insolentiores vim vocis. Et al. MSS. tamen  
describit, a qua lectione non abhorret Hotting.

2) Vulg. eodem male.

3) Sic Carrio Grut. ed. Cölon. 1615. et Cort. Vulg.  
ascenderat.

4) Sic Grut. et Cort. Sed reliqui omnes descoenderat  
quod Rutilus tuerit.

5) h. e. ex militibus qui præsenti Imperatori adessent, po-  
stea præsentales dicti. cf. Notit. Imp. f. 20 et 159. sq.

6) Sic Cort. ex Codd. et edd. princ. rescribere voluit pro  
vulg. arrectus, sed operæ scollerunt.

7) five centurias.




ubi ex præcepto tempus visum; paratis compo-  
tisque omnibus ad locum pergit. ceterum illi, qui  
centuriis præerant, prædocti ab duce, arma orna-  
mentumque mutaverant, capite atque pedibus nudis,  
uti prospectus nisusque per saxa facilius foret: super  
terga gladii et scuta; verum ea Numidica ex coriis  
ponderis gratia simul, et offensa quo 1) levius stre-  
perent. Igitur prægrediens Ligus saxa, et si quæ ve-  
tustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus  
allevati 2) facilius escenderent: interdum timidos in-  
solentia itineris levare manu: ubi paulo asperior ascen-  
sus, singulos præ se inermos mittere; deinde ipse cum  
illorum armis sequi: quæ dubia nisu videbantur,  
potissimum tentare, ac sæpius eadem ascendens de-  
scendensque, dein statim digrediens 3), ceteris auda-  
ciam addere. igitur diu multumque fatigati, tandem  
in castellum perveniunt, desertum ab ea parte: quod  
omnes, sicuti aliis diebus, adversum hostes aderant.  
Marius, ubi ex nunciis, quæ Ligus egerat, cogno-  
vit; quamquam toto die intentos prælio Numidas  
habuerat, tum vero cohortatus milites, et ipse extra  
vineas egressus; testudine acta succedere 4), et simul  
hostem tormentis sagitariisque et funditoribus eminus  
terrere. At Numidæ sæpe antea vineis Romanorum  
subversis, item incensis, non castelli mœnibus se  
tutabantur; sed pro muro dies noctesque agitare,  
maledicere Romanis ac Mario recordiam obiectare,

1) Vulg. lenius. Nofrum habent Aldina et Cort.

2) Cort. delet milites, quod vulg. hic insertum habet.

3) Scil. is latus, quo locum faceret post ipsam caitemibus.

4) Scil. mœnibus.



militibus nostris Iugurthæ servitium minari, secundis rebus feroceſ eſſe. Interim omnibus Romanis hosti- busque prælio intentis, magna utrimque vi, pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus; repente a tergo ſigna canere 1): ac primo mulieres et pueri, qui viſum proceſſerant, fugere; deinde, uti quisque muro proximus erat, poſtremo cuncti armati inermesque. quod ubi accidit; eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo fau- ciare; dein ſuper occiſorum corpora vadere; avi- di gloriæ, certantes murum petere; neque quemquam omnium præda morari. ſic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa invenit. Ceterum dum ea 95 res geritur, L. Sulla Quæſtor cum magno equitatu in caſtra venit: 2) quos uti ex Latio et a ſociis co- geret, Romæ relictus erat. Sed quoniam tanti viri res admonuit; idoneum viſum eſt, de natura cultu- que eius paucis dicere. neque enim alio loco de Sul- lae rebus dicturi ſumus: et L. Silenna optume et di- ligentilſime omnium, qui eas res dixere, perſecutus, parum mihi libro ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciæ 3) nobilis fuit familia, prope iam ex-

1) Signa canunt, uti pugna initur.

2) Vulg. qui uti ex L et a ſoc. exerceitum cog. rel- erat. Sed exerceitum plerique codd. omittunt. Al. pro eo habent auxilia. hinc Cort. ex Guelferb. 3 pre- tulit quos: quod refer ad equit.

3) Scil. Corneliae. Gens autem refertur ad nomen; uti fami- lia, ramus gentis, ad cognomen. Putſchius delebit no- bilis, quod hanc vocem non agnoscet Servius in loco hoc laudato. Sed Codd. omnes id habent: neque redunda



tincta maiorum ignavia: literis Græcis ac Latinis iuxta, atque doctissime, eruditus: animo ingenti: cupidus voluptatum; sed gloriæ cupidior: otio luxurioso 1) esse; tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli 2): facundus, calidus, et amicitia facilis: ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxime pecuniæ largitor atque felicissimo omnium, ante civilem victoriam 3) numquam super industriam fortuna fuit: multique dubitavere, fortior an felicior esset. nam, postea quæ felicior fecerit, incertum habeo, pudeat magis, an  
96 pigeat differere. Igitur Sulla, ut supra dictum, postquam in Africam atque in castra Marii cum equitatu venit; rudiis antea et ignarus belli, solertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est. ad hoc milites benigne appellare: multis rogantibus, aliis per se ipse, dare beneficia, invitus accipere; sed ea

pro-

re censemus. Neque enim omnes patriciae gentes fuere nobiles (scil. multis imaginibus maiorum magistratu curuli insigniis). Talis vero fuit Cornelia gens, Grut. et Cort. etiam expungunt fuit, quod pariter retinemus, quippe a quo regitur casus sextus familia omissa præp. ex.  
 1) Nonnulli codd. omittunt esse. eoque Cortius delet.  
 2) Alii dictum putant, quod Valeriam in theatro nimis lascive blandientem sibi uxorem duxit. Alii amores eius et adulteria notari censent. cf. Plut. in Sulla.

3) Occiso Mario iuvene perfectam; et adum demum Felicis nomen adsumbit. Vellei. II, 27. ed. Bip. quem et cf. c. 17 abest 28, consentientem cum Sallustio.



properantius, quam æs mutuum, reddere, ipse ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent: ioca atque serja cum humillimis agere: in operibus, in agmine atque ad vigilias multis adesse: neque interim, quod prava ambitio sollet, Consulis aut cuiusquam boni famam lædere: tantummodo neque consilio, neque manu priorem alium pati; plerosque antevenire. quis rebus brevi Mario militibusque carissimus factus. At Iugurtha, post 97 quam oppidum Capsam aliosque locos munitos et sibi utiles, simul et magnam pecuniam amiserat; ad Boecchum nuncios mittit, quam primum in Numidiā copias adduceret: paelii faciundi tempus adesse. quem ubi cunctari accepit, dubium belli atque pacis rationes trahere; rursus, uti antea, proximos donis corrumpit: ipsique 1) Mauro pollicetur Numidiæ partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi; aut, integris suis finibus, bellum compositum foret. Eo præmio illectus Boecchus cum magna multitudine Iugurtham accedit, ita amborum exercitu coniuncto, Mariuin iam in hiberna præficiuentem, vix decima parte 2) die reliqua, invadunt: rati noctem, quæ iam.

1) Al. Boeccho, quod perinde sit.

2) Gellius et cum eo multi interpret. antiquum putant genit. pro dici. Ita ille IX., extr. „Ego, quoque in Iugurtha Sallustii summæ fidei et reverendæ veteritatis libro, die, casu patro scriptum inventi. Verba haec ita erant: Vix decima parte die reliqua non enim puto argutiam istam recipiendam, ut die dictum quali ex die existimemus." Hactenus Gellius. et tamen J. Fr. Gronov. calum sextum.



aderat, victis sibi munimento fore, et, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant; contra Romanis utrumque casum in tenebris difficultorem. Igitur simul Consul ex multis de hostium adventu cognovit, et ipsi hosties aderant. et priusquam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere 1), denique antequam signum, aut imperium ullum accipere quivit; equites Mauri atque Gætuli, non acie, neque ullo more prælia, sed catervatim, uti quosque fors congregaverat, in nosros concurrunt 2). qui omnes trepidi, improviso motu, ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos ascendere, obviam ire hostibus: pugna latrocinio magis, quam prælio similis fieri: sine signis, sine ordinibus, equites pedites permixti cædere alios, alios obtruncare; multos 3), contra acerrume pugnantes, ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma satis tegere: quod hostes numero plures et undique circumfusi. de-

terque exponit; vix quod ad decimam partem, de reliqua. Nostrum non est, has veterum et recentium Grammaticorum componere hites; sed credimus tamen Gelium et alia loca Sallustii laudaturum fuisse, si is frequentius die pro die i scripsisset, cf. supra ad c. 52. & infra c. 106.

1) Si in itinere pugnandum erat Romanis, sarcines plerumque in medium conserebantur.

2) h. e. omnibus partibus incurruunt Cott. Vulg. incurruunt.

3) Vulgo contra adversos ac pugn. Sed in aliis Codicibus legitur adversus, idque locum mutat, unde alterum alterius glossa videtur; eoque expungendum l. adversus contra. Sed contra-pugnantes sunt hostes.



nique Romani, veteres, novique et ob ea 1) scientes belli, si quos locus, aut casus coniunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant. Neque in eo tam 98 alpero negotio territus Marius, aut magis, quam antea, demissso animo fuit: sed cum turma sua, quam ex fortissimis magis quam familiarissimis paraverat, vagari passim; ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostes, ubi confertissimi obliterant, invadere; manu consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. Iamque dies consumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere 2), atque, uti reges præceperant, noctem pro se rati, acrius inflare. tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atque, uti suis receptui locus esset, colles duos propinquos inter se occupat: quorum in uno, castris 3) pa- rum amplio, fons aquæ magnus erat: alter usui op- portunus, quia magna parte editus et præceps 4) pauco munimento egebatur. ceterum apud aquam Sul-

## N 2

1) Quod permixti veteribus agebant.

2) Iamque erat - cum - remittere - atque inflare cf.  
de hac constructione, quæ notavimus Tac. V, 2, 818 et  
præterea ipsum Tac. H. III, 31.

3) h. c. ad castra.

4) Veneta editio (1470) et Aldina pauca munimenta quærebatur. Sed alii Codd. nostrum habent; et ab egebatur deflectunt alii ad regebatur; tum gerebatur; hinc tandem lapsi sunt ad quærebatur; quod damnamus. hinc diversa lecti. Gruterus dederat pauca munimento egebatur contra libros. Cortius munimento quærebatur. quo-  
bia certe haec sunt.



Iam cum equitibus noctem agitare iubet: ipse paulatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, p̄ælio deterrentur: neque tamen suos longius abire sinunt; sed utroque colle multitudine circumdato, effusi confedere. dein crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari suo more lætari, exsultare, strepere vocibus: ipsi ducēs feroes, quia non 1) fugerant, pro victoribus agere. Sed ea cuncta Romanis, ex tenebris et editioribus locis faciliā visu 2), magno 99 hortamento erant. Plurimum vero Marius imperitia hostium confirmatus, quam maximum silentium haberi iubet: ne signa quidem, uti per vigilias solebant, canere: deinde ubi lux adventabat, defessis iam hostibus et paulo ante somno captis, de improviso 3) vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines, simul omnes signa canere; milites clamorem tollere atque portis erumque. Mauri atque Gætuli ignoto et horribili sonitu repente exciti, neque fugere, neque armā capere, neque omnino facere aut providere quidquam poterant. ita cunctos strepitum, clamorem, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, terrore, 4) formido, quasi recordia, ceprat. denique omnes sūti fugatique: arma et signa

1) MSS. plerique fugere aut. Al. edd. Lugd. quod sui non fugerant. Aldina et edd. mediae fugere ac. Grat. male fugere, ut pro. Corit. fugerent, pro v. a.

2) Vulgo male magno que.

3) Sic restituit Cort. pro vulg. vectigales.

4) Sic Corit. Vulg. formidine.



militaria plerique capta; pluresque ex prælio, quam omnibus superioribus interemti. nam sonno et metu insolito impedita fuga. Dein Marius, uti cœperat,<sup>100</sup> in hiberna<sup>2</sup>): '(quæ, propter commatum, in oppidis maritumis agere decreverat) neque tamen secors victoria, aut insolens factus, sed, pariter ac in conspectu hostium, quadrato<sup>3</sup> agmine incedere.' Sulla cum equitatu apud dextumos<sup>4</sup>): in sinistra A. Matilius cum funditoribus et sagittariis; præterea cohortes Ligurum curabat: primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. perfugæ, mibum cari<sup>4</sup> et regionum scientissimi, hostium iter explorabant. simul Consul, quasi nullo imposito, omnia providere, apud omnes adesse; laudare, in compare merentes<sup>5</sup>): ipse armatus intentusque, item milites cogebat<sup>6</sup>, neque secus, <sup>7</sup>) atque it, facere;

1) Vulg. inserunt pro siccitur, quod in plurisque Codd. Cortii abet, et eo omissum. Alii pro eo habent it vel iter. Sed neque opus est novo verbo, neque slipi. Confluenda nimurum hæc censemus cum verbo, incedere. uti Liv. dicit, incedere ad urbem; si Virg. Aen. I. 571 incessit ad templum. itaque interpunctionibus sublatis includimus tautum quæ interposuit nos, cetera dirigimus, ut tardiori s. cautioni gradu Maxima, in hiberna incessisse intelligatur.

2) h. e. quadriportico, ut ipso statim explicat. Aliud era duplex, etc.

3) Qui in dextro agmine erant.

4) h. e. viliores habiti quam milites ex Rom. Alii Pomponium Lætum secuti verba min. cari male omilere.

5) h. e. pro metito quemque. Anceps cuim est merentes.

6) Quod est agmen claudentis et impollentis.

7) Vulg. atque iter faceret, castra, etc. absurdus. Al-



castra munire, excubitum in 1) portis cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere, præterea alios super vallum in munimentis locare : vigilias ipse circumire: non diffidens, ea futura, quæ imperavisset 2), quam uti militibus exæquatus cum imperatore labos volentibus esset. et sane Marius illo et aliis temporibus 3) belli pudore magis 4), quam malo, exercitum coërcebat: quod multi per ambitionem fieri aiebant; pars, quod a pueritia consuetam duritiam, et alia, quæ ceteri miserias vocant, voluptati habuisset: nisi tamen 5) respublica, pariter ac sævissimo imperio, bene atque decore gesta. Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta

dina vero atque iter facere, castra m. etc. Idemque ex suis MSS. Cortius restituit, exponitque: eadem diligentia, qua iter faciebat, etiam castra munivit. Sed credas Sall. dicere velle, quomodo Marius præiverit exemplo, et, exæquato cum militibus labore hos exerxit. itaque supplemus, quod ante iter exciderat ii, iter facere scil. pedibus.

1) Al. in porta

2) Aldina non tam diffidentia futura, quæ imp. Sed dein vulgatum non tam diffidentia futuri, quæ imp. (sic quidem plurimi. codd. at alii futurum quod l. futuri quam etc.) inde Grammatici ellipsis ponunt, in qua hæreant. Cortius bene omisit tam, quod abest in multis MSS. cetera nugans tuerit. Nos Aldinam lenius emendamus.

3) Ingurthini, quod addunt MSS. et edd. Corre delendum censet.

4) h. e. reverentia Imperatoris, seu eius exemplo quod non sequi militem puderet magis, quam paenit.

5) Nisi tamen h. e. sed tamen scil. a Mario.



undique simul speculatores citi sese ostendunt; qua re hostis adesse intelligitur. Sed quia diversi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes idem significabant: Consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, adversum omnia paratus, ibidem opperitur. ita Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat: ratus, ex omnibus æque aliquos 1) ab tergo hostibus venturos. Interim Sulla, quem primum attigerant, cohortatus suos, turmatim et quam maxime consertis equis ipse aliquique Mauros invadunt: ceteri in loco manentes ab iaculis eminus emissis corpora tegere, et, si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat (neque in priore pugna, in itinere morati, adsuerant), postremam Romanorum aciem invadunt. tum Marius apud primos agebat, quod ibi Iugurtha cum plurimis. dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites 2) convertit: ibi Latine (nam apud Numantium loqui didicerat) exclamat: *nostros frusta pugnare; paulo ante Marium sua manu intersectum: simul gladium sanguine oblitem ostendere, quem in pugna satis impigre occiso pedite nostro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei quam fide nuncii terrentur: simulque barbari animos tollere et in percussos acrius incedere. iamque paulum ab fuga abegant, cum Sylla, profligatis, quos adversum ierat,*

1) h. e. quadruplici agmine certe unum, quocunque esset.

2) Int. Romanos in postrema acie locatos, contra quos Bocchus pugnabat. Alii intelligunt, pedites a Voluce adductos.



1) Mauris ab latere incurrit. Bocchus statim avertitur. at Iugurtha, dum sustentare suos et prope iam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus 2) dextra, sinistra omnibus 3) occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. atque interim Marius, fugatis equitibus, 4) accurrit auxilio suis, quos pelli iam acceperat. Denique hostes undique fusi. tum spectaculum horribile 5) campis patentibus: sequi, fugere; occidi, capi; equi, viri afflicti: ac multi, volneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti modo, ac statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus; et inter ea humus infecta sanguine.

102 Postea loci 6) Consul, haud dubie iam victor, per venit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat: eo post diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duo quam fidissimos ad eum mitteret: velle de se, et de populi Romani commodo cum iis differere. Ille statim L. Sullam et Manlium ire iubet: qui quamquam acciti ibant: tamen placuit verba apud regem facere; ingenium aut aversum uti strecterentur, aut cupidum pacis vehementer.

1) Rediens vulg. insertum ut a mala manu, delet Cort.

2) Int. Romanis. Glareanus velit et eq. d. s. pro ab.

3) Int. Isgurthinis.

4) Sic Ald. et sqq. Sed Cort praeferit occurrit, (quod est in edit. priscis.) eodem sensu.

5) Vulg. insertum in; quod Cortius delet; cf. Tac. Agric. c. 37. Egregia vero est hypothyposis; qua auctor eladem exprimit.

6) ut supra cap. 63 et 72 inter loci antiquae.



tius accenderent. Itaque Sulla, cuius facundiae, non ætati a Manlio concessum, pauca verba huiuscemodi locutus:

*Rex Bocche, magna 1) laetitia nobis est, cum te talem virum dii monuere, uti aliquando pacem, quam bellum, malles; ne tu optimum cum pessimorum omnium Iugurtha miscendo commaculares: simul nobis demores acerbam necessitudinem, pariter te errantem et illum sceleratissimum persequi. ad hoc populo Romano 2) iam a principio reip. visum, amicos, quam servos, querere: tutius rati, volentibus, quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior nostra amicitia: primum, quod procul absimus, in quo offenditae minimum, gratia par, ac si prope adessimus: dein, quod parentes abunde habemus; amicorum neque nobis, neque cuicunque omnium satis. atque hoo utinam a principio tibi placuisse! 3) profecto ea re ad hoc tempus multo plura bona acceptisses, quam mala & percessus 4) es. Sed quoniam humanarum rerum For,*

1) Unus Cortius nobis laetitia, omisso est.

2) Vulg: iam a principio in opimelius visum; sed inopum non foret querere servos populos; neque his facile amicos venire, nedum quod ea Sylla parum ex dignitate Rom. dixisset. Et codd. nutant in hac voce. Cort. male omittit a principio; et Hotting. deleri voluit inopi. Nos lenius corrigimus.

3) Ald. profecto eare ad hoc tempus multo pl. Riv. p'r. ex pop. Rom. ad hoc tempus' etc. Cort. qui in nota illustrat locutionem ad hoc t. in textu, an' permendum aut consulto, omisit; pariterque asseclae. Ald. vero etiam ea re (h. e. ob. id) legens, placet magis, ne pop. Rom. ter dicatur in eadem brevi oratione.

4) Sic Ald. Crisp. cet. Al. male esse.



tuna pleraque regit; cui scilicet 1) placuit, te et vim  
et gratiam nostram experiri: nunc, quando per illam  
licet, festina, atque, uti coepisti, perge. multa atque  
opportuna habes, quo facilius errata officiis superes.  
postremo hoc in pectus tuum demitte, numquam po-  
pulum Romanum beneficiis victum: nam, bello quid  
valeat, tute scis.

Ad ea Bocchus placide et benigne, simul pauca  
pro delicto 2) suo, verba facit: se non hostili animo.  
sed 3) ob regnum tutandum arma cepisse: Nam Nu-  
midino partem 4), unde 5) Iugurtham expulerit, iure  
belli suam factam, eam vastari ab Mario pati nequivisse:  
praeterea missis antea Romam legatis, repulsum ab  
amicitia. ceterum vetera omittere, ac tum, si per  
Marium liceret, legatos ad Senatum missurum. Dein,  
copia facta 6), animus barbari ab amicis flexus,  
quos Iugurtha, cognita legatione Sullæ et Manlii,  
103 metuens id, quod parabatur, donis corruperat. Ma-

1) Sequimur h. l. maxime A l d. nisi quod te melius reponi-  
mus. Ab illa dein deficit Grut. sic edendo: cui scil.  
placuisse et vim et gr. nos ir, expr. Forsan pla-  
cuisse in codd. ortum ex placuit te.

2) Cort. omittit suo.

3) Cod. Nazar. aliique non agnoscunt ob; hinc Grut.  
coniecit regn utandi int. causa. Cort. more suo, fe-  
cit regnum tutatum, ut hoc supinum esset. Lenius fit:  
regnum tutandi.

4) Mulucha fl. fuerat olim terminus inter Bocchum et Micip-  
sam. dein Bocchus parte Numidiae potitus videtur. cf. infra  
c. 110 et 121.

5) Cortiana aberat: vi Iugurtham expulerat.

6) Scilicet mittendi legatos.



rius interea, exercitu in hibernis composito, cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsecsum turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnes praesidium imposuerat. Tum rursus Bocchus, 1) scilicet seu reputando, quæ sibi duobus præliis 2) venerant, seu admonitus ab 3) amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum et fides cognita, et ingenia validissima erant. eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire iubet: agendarum rerum, et quocumque modo belli componendi licentiam 4) ipsis permittit. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur: deinde itinere a Gætulis latronibus circumventi spoliatique, pavidi, sine decore ad Sullam perfugiunt; quem Consul in expeditionem proficisciens pro Prætore reliquerat. eos ille non pro vanis hostibus, ut meriti erant, sed accurate ac liberaliter habuit 5). Qua re barbari et famam Romanorum avaritiæ falsam, et Sullam, ob misericordiam in se, amicum rati. nam etiam tum lar-

1) Hanc voeem restituimus ex Ald. (quam et servat ed. Bas. 1563) et cod. Pal. quem Grut. laudat VIII, pro quæ deinceps irrepsit ex aliorum MSS. lectione prava felicititer (et al. codd. habent velociter, al. fluctitur). Tum Carrio recidit Bocchus felic. Grut. rescripsit Bocchus, seu, quod est vulg.

2) Sic Walle et Cort. Al. evenerant.

3) Al. inserunt aliis.

4) Ald. inserit illis ipsis; unde al. retinent ipsis, al. illis. Cort. utrumque delet.

5) cf. supra c. 16. locum emendatum.



gitio multis 1) ignorata: munificus nemo putabatur nisi pariter volens 2): dona omnia in benignitate habebantur. Igitur Quæstori mandata Bocchi patefaciunt; simul ab eo petunt, uti fautor cōsultorque sibi adsit: copias, fidem, magnitudinem regis sui, et alia, quæ aut utilia, aut benevolentiae 3) credebant, oratione extollunt: dein Sulla omnia pollicito, docti, quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies XXXX ibidem 204 opperiuntur. Marius 4) postquam ibi confecto, quo intenderat, negotio, Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, illosque et Sullam venire iubet, item L. Bellienum Prætorem Utica, præterea omnes

1) Sic Codd. ap. Cort. Sed Ald. et vulg. ignota erat.

Corte facit ignara.

2) h. e. benevolus.

3) Ald. addit esse; al. benevolentia esse.

4) Scripti et edd. mutant insqq. P. Lætus, Aldus, Glar.

alii dedere ubi confecto, quo int. n. C. r. Sed Carr. Grut. alii ex Codd. vel rescripto post quam inconfecto, quo int. negotio, C. r. Ambiguum foret in hoc dissensu, utrum Marius oppugnationem turris (cap. 103)

consecerit an omiserit infectam: tum haerent in quo etc.

Cortius exponit ubi inf. neg. quo confecto redire intenderat. Quis talia ferat? et quid opus dicere, Marium post rem consectam, in hiberpa redire voluisse?

Multo autem credibilius, Marium non infecta, sed confecta re redisse. Itaque hoc præferimus, sed præmittimus, quod perierat ibi; inde alii volvere ubi. et si per notam scriptum fuerit i; error natus, quasi id verbo sq. agpatum esset; hinc infecto. Denique illo ibi rescripto, habes, quo referatur illud quo, scil. ad turrim regiam. Sic omnia plana.

undique Senatorii ordinis. quibuscum mandata Bocchi cognoscit, quis 1) *legatis potestia eundi Romam ab Consule, interea inducias postulabantur.* ea Sullæ et plerisque placuere: pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quæ fluxæ et mobiles semper in adversa 2) mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus rebus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rufo, qui Quæstor stipendium in Africam portaverat: duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxime benignitatem et studium Sullæ lubens accepit. Romæ legatis eius, postquam errasse regem et *Iugurthaे scelere lapsum*, deprecati sunt, amicitiam et fœdus potentibus hoc modo respondetur:

*Senatus et populus Romanus beneficij et iniuriaj memor esse solet: ceterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit. fœdus et amicitia dabuntur, cum meruerit.*

Quis rebus cognitis, Bocchus per literas a Mario petivit, uti Sullam ad se mitteret; cuius arbitratu de communibus negotiis consuleretur. Is missus cum

1) Nos sequimur Aldinam, nisi quod quis pro quibus damus. Sed turbas alii secere editores. Alii enim legunt: in quibus legatis pot. eundi R. sit ab Consule int. ind. post. hinc Glareanus eiecit in quibus et siq. interpungit Legatis p. e. R. sit; ab C. interea etc. quod sequitur inter alios Cortius. Sed et illud sit a Iciolo instratum Aldus non dedit.

2) Facimus cum Aldina, que est vulg. Putschius volunt mutant, idque rec. Cortius, quæstia amans. Sed hec levia sunt.



præficio equitum atque peditum, funditorum Belarrium: præterea 1) sagittarii et cohors Peligna cum velitaribus 2) armis, itineris properandi causa: neque his secus, atque aliis armis, adversum tela hostium, quod ea levia sunt, muniti. Sed in itinere, quinto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus sese ostendit: qui temere et effuse euntēs Sullæ aliquaque omnibus et numerum ampliorem vero, et hostilem metum efficiebant. igitur sese quisque expedire, arma atque tela tentare, intendere 3): timor aliquantus; sed spes amplior, quippe victoribus, et adversum eos, quos saepe vicerant. Interim equites, exploratum præmissi, rem, uti erat, quietam nunquam tiant. Volux adveniens Quæstorem appellat: *se a patre Bocco obviam illis simul, et præficio missum.* deinde eum et proximum diem sine metu coniuncti eunt. post, ubi castra locata, et die velper erat, repente Maurus incerto voltu 4) ad Sullam accurrit: *fibi ex speculatoribus cognitum, Iugurtham haud procul abesse: simul, uti noctu clam secum profugeret.* rogat atque hortatur. Ille animo feroci negat *se toties fusum Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere: etiam si certa pestis adesset, mansurum potius, quam proditis, quos ducebat, turpi fuga incer-*

1) Iere vulg. hic addit. Cor. t. fide Gymnic. et Guelf. 10 expunxit. Sed Aldina non habet.

2) Qualibus velites, levissime omnium armati, utebantur, parma tripedali, hastis et gladio Hispaniens.

3) h. e. intentum si paratum esse.

4) Cor. recte delevit gloss. payens vulg. hic insertum.



tae ac forsan post paulo morbo interiturae vitae parceret. ceterum ab eodem monitus, uti noctu profici-  
cerentur, consilium approbat: ac statim milites cae-  
natos esse, in castris ignes quam creberrimos fieri, dein  
prima vigilia silentio egredi iubet. Iamque nocturno  
itinere fessis omnibus, Sulla pariter cum ortu solis  
castra metabatur, cum equites Mauri nunciant, Iu-  
gurtham circiter duum millium intervallo ante con-  
sedisse. quod postquam auditum, tum vero ingens  
metus nostros invadit: credere se proditos a Voluce  
et insidiis circumventos. ac fuere, qui dicerent,  
manu vindicandum, neque apud illum tantum scelus  
inultum reliquendum. At Sulla, quamquam eadem 107  
aestumabat, tamen ab iniuria Maurum prohibet: suos  
hortatur, uti fortem animum gererent: saepe antea  
paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnatum:  
quanto sibi in praetorio minus percussissent, tanto tutio-  
res fore: nec quemquam decere, qui manus armaverit,  
ab inermis pedibus auxilium petere, in maximo me-  
tu nudum et caecum corpus 1) ad hostes vertere. deinde  
Volucem, quoniam hostilia faceret 2), maximum  
Iovem obtulatus, ut sceleris atque perfidiae Bocchi  
testis adesset, castris abiire iubet: Ille lacrumans orare,  
ne ea crederet: nihil dolo factum, magis calliditate  
Iugurthae, cui 3) videlicet speculanti iter suum cog-  
nitum esset. ceterum, quoniam neque ingentem mul-  
titudinem habcret, et spes opesque eius ex patre suo  
penderent; 4) illum nihil palam ausurum, cum ipse

1) i. e. tergum.

2) Quasi colludens cum Iugurtha.

3) Frustra videlicet delet Cort.

4) Credere hic insertum delavit Berger.



filius tesiis adesset: quare optimum factum videri, per media eius castra palam transire: sc̄e, vel praemissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum ea res, ut in tali negotio, probata, ac statim profecti, quia de improviso i) accesserant, dubio atque hæsitante Jugurtha, incolumes transeunt. deinde paucis diebus, quo ire intenderant, pervenitum. Ibi cum Bocchō Numida quidam, Aspar nomine, multum et familiariter agebat: præmissus ab Jugurtha, posiquam Sullam accitum audierat, orator, et subdole speculatum Bocchi consilia: præterea Dabar; Massugradæ filius, ex gente Masinissæ, ceterum materno genere impar (2) nam pater eius ex concubina ortus erat); Mauro ob ingenii multa bona catus acceptusque quem Bocehus fidum g) multis antea tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum militis, paratum sc̄e facere; quae populus Romanus vellet: colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret; consulta sc̄e omnia cum illo integra habere: neu Jugurthae legatum pertimesceret; 4) cœtum esse, quo res communis bi-

<sup>2</sup>) Cor. ex aliis cod. dedit accid'erant.

9) Cortius fruſtra deſet niam. Sed in priſca ed. Ven. (1470)  
et Aldin a male legebatur māter.

3) Edd. omnes h. 12 inserunt Romatis. quod in quibusdam  
12. Codd. habent testatur Glaz. omisit Badius et nos reli-  
cimus.

4) Ald. et vulg. accitum esse; quæ cum absint in Codd.  
plerisque, Grutero omissa, eumque sequitur Cort. Sed  
cum sic biaret oratio, Wasse repetit. Falsum certe est.  
Neque enim, Legato lugurthæ presente, licentius agi po-  
terat. Nos vero id, ex nihil non ortum, iputamus conji-

centius gereretur; nam ab infidiis eius aliter caveri nequivisse. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob quæ prædicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis 1) attinuisse, multumque cum animo suo volvere solitum, Iugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: lubidinem adversum nos, metum pro nobis suassisse. Igitur Sulla 2) respondit: 109  
*pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte,  
aut nullo, aut quam paucissimis præsentibus; simul  
edocet, quæ responderentur.* Postquam, sicuti voluerat, congressi; dicit, *se missum a Consule venisse quaesitum ab eo, pacem, an bellum agitatus foret.* tum rex, uti præceptum, post diem decimum redire iubet: ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum. deinde ambo in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit, Sulla a Bocco occulte arcessitur: ab utroque tantummodo fidi interpres adhibentur; præterea Dabar internunciis, sanctus 3)

gendum in cautum (l. provisum; l. Dabarem ipsam providum tutumque) esse, quo, etc. cui ocederet nam aliter caveri nequivisse, et c. sq. docemur, Bocchum præter quod publice operatum Sulla, occulte cum eodem egisse. Sic cavendum sibi duxerat.

- 1) h. e. retinuisse s. moratum esse; hinc Ald. detinuisse.
- 2) Lectio in plerisque MSS. et edd. immunita. Nos Ald. et vulg. retinens ut planiorem, que certe rei et sqq. convenit. Certe dedit Ig. Sulla: pauca coram . . . præsentibus: sim. ed.
- 3) Nutant codd. Sed Cort. pulchre ex vestigiis codd. iurat ex invenit vit et ex. Ald. habet vit iurat ex. In edd. altis verbum falsum iurat locum mutat.

O



vir et ex sententia ambobas. ac sicutam sic rex incipit:

10 Numquam ego ratus sum fore, uti rex maximus in hac terra, et omnium, quos novi, 1) opulentissimus, privato homini gratiam deberem. et hercule, Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultra egomet, opem tuli, nullius indigui. Id 2) immutatum, quod ceteri dolere solent, ego lactor: fuerit mihi 3) pretium, egiisse aliquando amicitiae tuae, qua apud animum meum nihil carius habeo. id adeo experiri licet: arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo lubet, sume, utere; et, quoad vives, numquam redditam gratiam putaveris; semper apud me integra erit: denique nihil, me sciente, frustra roles. nam, ut ego 4) aestumo, regem armis, quam munificentia, vinci, minus flagitosum. Ceterum de republica vestra, cuius curator huc missus es, paucis accipe. Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum umquam volui: fines meos adversum armatos armis tutus sum. id omitto, quando vobis ita placet: gerite, uti voltis, cum Jugurtha bellum. Ego flumen Mulu-

1) Quicquid Gruterus et Cortius ex Codd. suis huic loci contradicunt, reponimus eam ex Aldina et vulg. Cortius omiserat.

2) Sic Aldina, et Gryphianæ, quas sequitur Gruterus. Sed Rivius, imminutum; et hoc vulgatum placuit Cort.

3) Quidam codd. omittunt pretium. hinc omittunt Vulpinus et Cortius. Nos cum ceteris omnibus retinemus et exponimus. pro pretio mihi fuerit, egiisse aliquid etc.

4) Ad. exibum o.

chen, cum inter me et Miciosem fuit, non exordiar;  
neque Iugurtham id intrare possum. praeiherem si quid  
neque subiectum degredi petieris, hanc resulsa obibis.

Ad ea Sulla pro se breviter et condice, de pace 111  
et de communibus rebus, multis diffensis. deinceps  
regi pacifici, quod pollicatus, Scratum et populum  
Romam, quoniam caralias armis velutissimis, non in  
gratiam habueras: faciundam clementiam, quod illorum  
magis, quam sue, rectitudine videbatur. id alio in  
principio esse, quoniam Iugurthae copiam haberet:  
quoniam si Romam tradidisset, fore, ut illi plurimum  
debetur; amicitiam, fructus, similitudinem perire, quem  
nunc petere, ultra advenitum. Rex primo negi-  
tare: affinitatem, cognationem, preterea fructus in-  
seruenda: ad hoc memorem, ne sua fide ueris, po-  
potarium animos averteret; quis et Iugurtha carus,  
et Romani invicem erant: deinceps lassus fatigatus,  
1) lenitus, et ex voluntate Sulla omnia se facturum  
proximis octo annis ad finalandam pacem, omnes  
Numidae, defessas bello, aridissimas, ex parte uita  
confusa sua, complicito dolo, disgregaverunt.  
Ai rex profecto die Alpares, Iugurthae legatum, ap. 112  
pellit: ubi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse  
condonandas bellum posse: quoniam ob rem regis sui  
testimonium exquireret. ille latuus in causa Iugurthae  
venit. Deinde ab illo causa edoces, properauo  
timere, post diem occursum redit ad Boobarem, et ei  
manuia, Iugurtham capere oportet, quoniam imperator.

O 2

2) Ali lenitus natus



tur, facere; sed Mario parum 1) confidet: saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem contentam frustra fuisse. ceterum Bocchus, si ambobus consultum, et ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium veniretur; ibique sibi Sullam traderet. cum talem virum in potestate haberet, fore, uti iussu Senatus atque populi Romani soedus fieret: neque hominem nobilem, 2) non sua captum ignorantia, sed ob rem publicam, in hostium potestate relictum iri. Hæc Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit. ceterum dolo, an 3) vere, parum comperimus: sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobiles, saepe ipsæ sibi adversæ. Postea tempore et loco constituto (4) in colloquium uti de pace veniretur.) Bocchus Sullam modo, modo Iugurthæ legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceti. illi pariter læti, ac spei bonæ pleni. Sed nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac fidati, immutata voluntate, remotis 5), dicitur secum ipse multa agitavisse, voltu corporis pariter, atque

1) Alii fidere.

2) Sic tres Codd. Guelferb. ap. Cort. Alii omnes scripti et si et edij emittunt caput, quod subaudierat. Scil. capti ignorantia sua non redimebantur Romæis.

3) Vulg. vere (al. vero) cunctates. Sed vocem hanc Graieo suspectæ delevit Cort.

4) Verba in coll. venientia ex cap. priori hic repetita et defenda, tamquam pudiendam glossam, bene putat Cort.

5) Vulg. subdit ceteris, quod abest in quibusdam MSS. et post Ciaccon. et Ursu. a Cortio damnatur.

animo varius: qua re<sup>1)</sup>, scilicet tacente ipso, oculi  
culto pectoris patefecisse. tamēn postremō Sullam  
arcessiri iubet, et ex eius sententia Numidæ insidias  
tendit. Deinde, ubi dies advenit, et ei nunciatum  
est, Iugurtham haud procul abesse; cum paucis amici-  
cis et Quæstore nostro; quasi obvius honoris causa  
procedit in tumulum; facillimum visu insidiabitibus.  
Eodem Numida cum plerisque necessariis suis; inter-  
mus, ut dictum, accedit; ac flatim; signo dato, uniu-  
dique simul ex insidiis invaditur. ceteri obtruncati:  
Iugurtha Sullæ vinctus traditur, et ab eo ad Marium  
deductus. Per idem tempus adversum 2) Gallos (ab  
ducibus nostris, Q. Cæpione et M. Manlio male, pug-  
natum: quo metu Italia, omnis contremuerat. Illi-

1) Quare h. e. oris immutatione etc. Vulg. autem varie im-  
mutata hodie sic est: quæ scil. tac. ips. occ. pect.  
oris immutatione patefecisse. Grutero iam du-  
bitata verba, oris imm. ciecit Cort. Nos ea, glossam  
rōu quare a nobis restituti, e margine irreplisse censemus.

2) Vel potius, uti Livius, Florus aliique habent adver-  
sus Cimbros et Teutones (Germanos) quibus se iun-  
xerant Ambrones et Tigurini (Galli). Sed Sall.  
tempore nondum obtinuerat nomen Germaniae, quod recens  
et nuper additum dixit Tacitus de M. G. c. 2. Atque  
novimus ex Plut. Mario, Cimbros sibi fratribusque  
(sc. Teutonibus, Ambronibus, Tigurinis) agros  
et oppida poposcisse. Tum utrique populi et Germani et  
Galli, Græcis dicti Celtæ, latine Galli. Undique cum Ger-  
mani iam in Galliæ solum intrassent, inde quoque dici po-  
tuere Galli. Hæc ad concilianda dicta Sall. cum historiis  
dixisse sufficient.



que 1), et inde 2) usque ad nostram memoriam, Romani sic habuere: *alia omnia virtuti suae prona esse; cum Galis pro salute, non pro gloria certare* 3). Sed postquam bellum in Numidia confectum, et Iugurtham vincitum adduci Romam nunciatum est; Marius Consul abens factus, et ei decreta provincia Gallia: isque Kalendis Ianuariis magna gloria Consul triumphavit. Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitæ.

1) Illi i. Duces nostri, i. qui illis temporibus vivebant Rom.

2) Sie Ald. Grut. et Wall cett. Cor. male delet usque.

3) Cic. de offe. I, 12 Cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gereretur, uter esset? non uter impetraret? cf. Tac. de M. G. c. 37.



C. CRISPI SALLUSTII.  
HISTORIARUM  
FRAGMENTA.



С КРИСПИ САЛУСТИ  
МУДАЯ ОТАИ  
АТИЭМДАЯН

ГАНЕШМАКАН ВИД  
ГОДАНОУ.

## LIB. I.

**R**es populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coss. ac deinde militiae et domi gestas composui. *Donatus et Pomp. Messalinus.*

Cato Romani generis dissertissimus multa paucis absolvit. *Servius et Acron.*

Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta doctissimumorum hominum copia. *Servi.*

Neque me diversa pars in civilibus armis movit a vero. *Arusian.*

Nobis primae dissensiones vitio humani ingenii evenerunt: quod inquies atque indomitum, semper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit. *Prisoianus.*

Nam a primordio urbis ad Bellum Persi Macedonicum. *Idem.*

Res Romana plurimum imperio valuit, Serv. Sulpicio et Marcello Coss. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum, atque Oceanum, nisi quæ a plaudibus invia fuit, perdomita. Optumis autem moribus et maxima concordia egit populus Rom. inter secundum atque postremum bellum Carthaginense. *Victorin et Augustin.*

At discordia, et avaritia, atque ambitio, et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt. Nam iniuriae validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliæque dissensiones domi fuere iam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, æquo et modesto iure agitatum: dein servili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere; agro pellere, et ceteris expertibus, soli in imperio agere. quibus laevitatis, et maxime fœnoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata



mentem sacrum atque Aventinum insedit. Tumque Tribunos plebis et alia sibi iura paravit. Discor-diarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum. *Augustin.*

Postquam remoto metu punico, similitates exer-cere vacuum fuit; plurimæ turbæ, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci poten-tes, quorum in 1) gratia plerique concesserant, sub honesto *patrum* aut plebis nomine, dominationes affectabant, *bonique et mali* cives appellati: non ob merita in *rempublicam*, omnibus pariter corruptis; sed uti quisque locupletissimus et iniuria validior, quia præsentia defendabat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea sed torrentis modo præcapitati: adeo inventus lu-xu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res fami-liares, neque alias res pati. *Gellius et Augustin.*

Igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargi-tis. *Gellius.*

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempalem in regnum restituentis. *Idem.*

Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus et Arufianus.*

Quin leones et vinarii lanisque, quorum præ-te-re vulgus in dies usum habet, pretio compositi. *Carissius.*


Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Aruf.*

### M. AEMMILII LEPIDI Col. ad P. R.

#### Oratio contra SULLAM.

Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maxumi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, adversus tyrannidem L. Sul-læ: ne ipsi nefanda quæ æstumatisj, ea parum cre-dendo de aliis, circumveniamini (præsertim cum illi

1. gratiam.



spes omnis in scelere atque perfidia sit, neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vestro fuerit, quo captivis libertatis curam miseria eximat) aut si provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maxumi nominis, non minus optuinis malorum exemplis, nequeo satis mirari. 1) dominationis in vos, servitium suum mercedeant: et utrumque per iniuriam malunt, quam optimo iure libere agere. præclara Brutorum, atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quæ maiores virtute peperere, subvertunda! nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et suæ cuique sedes; neu cui, nisi legibus pateremus? quæ cuncta sævus iste Romulus 2) quasi ab æternis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque consulis et aliorum principum, quos fortuna belli consumpsferat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundæ res in miserationem ex ira vertunt. quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros composuit: quis 3) prius iniuria, quam vita certa esset: pravissimeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuerit; dum vos, metu gravioris servit, a repetunda libertate terremini. Agendum atque obviam eundum est, Quirites; ne spolia vestra pene illum sint: non prolatandum, neque votis paranda auxilia nisi forte speratis, per tedium iam aut pudorem tyrannidis, esse eum per scelus occupata periculosis dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendæ dominationis honesta existimet. itaque illa quies et otium cum libertate, quæ mihi probi potius, quam laborem cum honoribus, capessebant, nulla sunt. Hac tempestate serviendum, aut imperitandum: habendus metus, aut faciendum, Quirites. nam quid ultra? quæve huma-

1) Aldina præmittit qui.

2) Sullam notat.

3) s. quibus int. supplicijs.



mentem sacrum atque Aventinum insedit. Tumque Tribunos p'ebis et alia sibi iura paravit. Discor-diarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum. *Augustin.*

Postquam remoto metu punico, similitates exer-cere vacuum fuit; plurimæ turbæ, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci poten-tes, quorum in 1) gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, *bonique et mali cives appellati*: non ob merita in rem publicam, omnibus pariter corruptis; sed uti quisque locupletissimus et iniuria validior, quia præsentia defendabat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paulatim, ut antea sed torrentis modo præcipitati: adeo inventus lu-xu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur, genitos esse, qui neque iphi habere possent res fami-liares, neque alias res pati. *Gellius et Augustin.*

Igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargi-tis. *Gellius.*

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempalem in regnum restituentis. *Idem.*

Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus et Arufianus.*

Quin leones et vinarii laniique, quorum præ-te-re a vulgo in dies usum habet, pretio composti. *Carifius.*

Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Arus.*

### M. AEMMILII LEPIDI Cof. ad P. R.

#### Oratio contra SULLAM.

Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maximi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, adversus tyrannidem L. Sul-læ: ne iphi nefanda quæ æstumatisj, ea parum cre-dendo de aliis, circumveniamini (præserum cum illi

l. gratiam.



Spes omnis in scelere atque perfidia sit, neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vestro fuerit, quo captivis libertatis curam miseria eximat) aut si provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maxumi nominis, non minus optimis malorum exemplis, nequeo satis mirari. 1) dominationis in vos, servitium suum mercede emunt: et utrumque per iniuriam malunt, quam optumo iure libere agere. præclara Brutorum, atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quæ maiores virtute peperere, subvertunda! nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et suæ cuique sedes; neu cui, nisi legibus pateremus? quæ cuncta sævus iste Romulus 2) quasi ab æternis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque consulis et aliorum principum, quos fortuna belli consumperat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundæ res in miserationem ex ira vertunt. quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros compoluit: quis 3) prius iniuria, quam vita certa esset: pravissimeque per sceleris immanitatem adhuc tūtus fuerit; dum vos, metu gravioris serviti, a repetunda libertate terremini. Agendum atque obviam eundum est, Quirites; ne spolia vestra pene illum sint: non prolatandum, neque votis paranda auxilia nisi forte speratis, per tedium iam aut pudorem tyranidis, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendæ dominationis honesta existumet. itaque illa quies et otium cum libertate, quæ mihi probi potius, quam laborem cum honoribus, capessebant, nulla sunt. Hac tempestate serviendum, aut imperitandum: habendus metus, aut faciundus, Quirites. nam quid ultra? quæc huma-

1) Aldina præmittit qui.

2) Sullam notat.

3) s. quibus int. supplicij.



na superant, aut divina impoluta sunt? populus Romanus, paulo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, iure, agitandi 1) inops despctusque, ne servilia quidem alimenta reliqua habet. Sociorum et Latii magna vis, civitate pro multis et egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur: et plebis innoxiae patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum. Leges, iudicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum; denique regis civium; et vitae licentia. simul humanas hostias vidistis, et sepulchra infecta sanguine civili. Estne viris reliqui aliud, quam solvere inuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura, vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi maliebri ingenio, exspectat. Verum ego seditus, uti Sulla ait, qui præmia turbarum queror; et bellum cupiens, quia iura pacis repeto scilicet, quia non alter salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: nisi approbaveristis omnes proscriptiones innoxiorum, ob divitias; cruciatus virorum illustrium; vastam urbem fugæ et cædibus; bona civium miserorum, quasi Cimbricam prædam, venum aut dono datami. At obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum: quod quidem scelerum illius vel maximum est, non me, neque quemquam omnium satis tutum fuisse; si recte faceremus. atque illa, quæ tum formidine mercatus sum, pretio soluto, iure dominis tamen restituo: neque pati consilium est, ullam ex civibus prædam esse. Satis illa fuerint, quæ rabie contracta toleravimus: manus conferentes inter se Romanos exercitus, et arma ab externis in nosmet versa: scelerum et contumeliarum omnium finis sit: quorum adeo Sullam non pœnitet, ut et facta in gloria numeret, et, si liceat, avidius fecerit. neque iam quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis, vereor: ne, alias alium principem exspectantes, ante capia-

1) Scil. vitam.

mini (non opibus eius, quæ fuitiles et corruptæ sunt, sed vestra secordia), quam captum ire licet, et quam audeat, tam videri felicem. nam præter satellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, præter victoriam? scilicet milites quorum sanguine, Tartulæ Scyrroque, pessumis servorum, divitiæ partæ sunt? an quibus prælatus in magistratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera et labores, nihil, præter tyrannum, quæsitum est. nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam a maioribus suis; itaque iura et iudicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, cum relegati in plaudes et silvas, contumeliam atque invidiam suam præmia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui: quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam contemnetur: nisi forte specie concordiæ et pacis, quæ sceleri et parricidio suo nomina indidit. neque aliter populo Romano esse bellum finem, ait, nisi maneat expulsa agris plebes, præda civilis acerbissima; ius iudiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. Quæ si vobis pax et concordia intelliguntur, maxuma turbamenta reipubl. atque exitia probate; annuite legibus impositis: accipite otium cum servitio: et tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis mercede circumveniendum. Mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quæsitum erat nomini maiorum, dignitati, atque etiam præsidio: tamen non fuit consilium, privatas opes facere; potiorque visa est periculosa libertas, quieto servitio. Quæ si probatis, adestis Quirites et bene iuvantibus diis, M. Aemilium Consulem, ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem.

Tunc vero et posci: cum ceteri eiusdem causa ducem Senatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare.*



Curionem quæsivit, uti adolescentior, et populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci, *Priscianus lib. x.*

Philippus, qui ætate et consilio ceteros anteibat. *Servius lib. 11.*

### Oratio L. PHILIPPI Contra LEPIDUM.

Maxime vellem, P. C. remp. quietam esse, aut in periculis a promptissimo quoque defendi; denique prava incepta consultoribus noxæ esse. Sed contra seditionibus omnia turbata sunt, et ab iis, quos prohibere magis decebat: postremo, quæ pessimi et scutissimi decrevere, ea bonis et sapientibus facienda sunt. nam bellum, atque arma, quamquam vobis invisa, tamen quia Lepido placent, sumeuda sunt: nisi forte cui pacem præfere, et bellum pati consilium est. Pro, dii boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis! M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui peior, an ignavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimundæ libertatis habet, et se e contemptu metuendum efficit: vos mullantes, et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis, quam defenditis: neque intelligitis, molitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi. atque id iure; quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam cum exercitu adeptus est. quid ille ob beneficia cepisset, cuius sceleribus tanta præmia tribuisti? At scilicet, 1) ii, qui, ad postremum usque, legatos, pacem, concordiam, et alia huiuscmodi decreverunt, gratiam ab eo peperere. immo despici et indigni rep. habitu, prædæ loco æstuantur: quippe metu pacem repetentes, quo ha itam amiserant. Evidem a principio, cum Etruriam coniurare, proscriptos arcessiri, largitionibus rempubl. lacerari, videbam; maturandum putabam, et Catuli


1) Aldina eis, qui - dect gratiam habeo peperisse. Cortius ex ed. priac. pariter dedit peperisse; sed relinquit ii.

consilia, cum paucis secutus sum. ceterum illi, qui gentis Aemiliae benefacta extollebant, et, *ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum*, aiebant, cum privata arma opprimundæ libertatis cepisset; sibi quisque opes aut patrocinia quærendo, consilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus, et paucis sicariis, quorum nemo diurna mercede vitam mutaverit: nunc est pro consule cum imperio, non emto, sed dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus. et ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi, flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati: quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt, Saturnini olim, post Sulpicij, dein Marii Damascippe, nunc Lepidi satellites. præterea Etruria, atque omnes reliquæ belli arrectæ: Hispaniæ armis sollicitæ: Mithridates in latere vectigasium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit. quin, præter idoneum ducem, nihil abest ad subvertendum imperium. Quod ego vos oro atque obsecro P. C. ut animadvertis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. nam, ubi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An exspectatis, dum, exercitu rursus admoto, ferro atque flamma Urbem 1) invadat? quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace et concordia ad arma civilia: quæ ille adversum divina et humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subvertendæ. angitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consilii, inquies; hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vestra recordia. neque mihi satis consilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat; sed prohibere ne co-

1) Certe invadit.



nari quidem. et quæso considerate, quam conversa rerum natura sit. antea malum publicum occulte; auxilia palam, instruebantur; et eo boni malos facile anteibant, nunc pax, concordia disturbantur palam; defenduntur occulte. quibus illa placent, in armis sunt: vos in metu. Quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere. an Lepidi mandata animos movent? qui placere ait, *sua cuique reddi*; et aliena tenet: *belli iura rescindi*; cum ipse armis cogat: *civitatem confirmari*, quibus ademtam negat: *concordiae gratia plebi tribuniciam potestatem restitui*; ex qua omnes discordiæ accensæ. Pelium omnium atque impudentissime, tibine egestas civium, et luctus curæ sunt? cui nihil est domi, nisi armis partum. aut per iniuriam: alterum consulatum petis? quasi primum reddideris: bello concordiam quæris? quo parta disturbatur: nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum, ut te neque hominum, neque deorum, pudet, quos per fidem, aut periurio violasti! qui, quando talis ea, maneas in sententia, et retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in solicitudine attineas. neque te provinciæ, neque leges, neque dii penates civem patiuntur. perge, qua cœpisti, ut quam maturrumæ merita invenias. Vos autem P. C. quousque cunctando remp. intutam patiemini, et verbis arma tentabistis? delectus adversum vos habiti, pecuniæ publice et privatim extortæ; præsidia deducta atque imposita, ex lubidine leges imperantur; cum interim vos legatos et decreta paratis. et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acerius erit; cum intelliget, se metu magis, quam æquo et bono sustentatum. nam qui turbas et cædem civium odiſſe ait, et ob id, armato Lepido, vos intermes retinet: quæ victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censem. ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Hæc si placent: si tanta torpedo animos oppressit, ut oblitus scelerum Cinnæ, cuius in urbem redditu decus ordinis



nis huius interiit, nihilominus vos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin et alii boni remp. frustra curant. agite uti lubet: parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt, et rursus adversum deos penates manus armare. Sin libertas et 1) vera magis placent; decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus. adest novus exercitus, ad hoc coloniae veterum militum, nobilitas omnis: duces optumi: fortuna meliores sequitur: iam illa 2) quæ collecta sunt secordia nostra, dilabentur. Quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum, cum pessumis, et hostibus reipubl. contra huius ordinis auctoritatem ad Urbem dicit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule, et ceteris, quibus imperium est, urbi præsidio sint, operamque dent, ne quid resp. detrimenti capiat.

Uti Lepidus, et Catulus, decretis exercitibus maturrume proficiscerentur. *Carissius* l. III.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus gravis, sed multiplex cura patres exercebat. *Servius, Marius, Victorinus in Cic.*

Obviam ire, et commori hostibus. *Arus. Messus.*

Lepidus pœnitens consilii. *Cariss. l. III.*

Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus aut lingua competere. *Nomius: Competere, rei cuiusque meminisse, aut constanter valere.*

Prudens omnium, quæ senatus censuerat. *Arus.*

Magnis operibus profectus, oppidum cepit, per *L. Catilinam* legatum. *Festus.*

Domitium proconsulem ex citeriori Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivit.

*Prisc. l. X. Arcessivit, inquit, et luccessivit.*

Sanctus aliter, et ingenio validus. *Cariss. l. I. aliter pro alias.*

1) Vulgo male *bella*. Sed vera sunt h. l. æqua et honesta.

2) h. c. Lepidi opes.



Gens raro egressa fines suos. *Serv.* ad l. XI. *Aeneid.* *Arusian.* *Messus.*

Nisi cum ira belli defenuisset. *Prisc.* l. X.

Mutaverunt exercitum Dyrrachium cogere. *Aru-*  
*sianus* *Messus.*

Ilo profectus, vicos castellaque incendere, et  
fuga cultorum deserta igni vastare: neque elato, aut  
securo esse animo, metu gentis ad furta belli peri-  
doneæ. *Non.* *Serv.* ad l. XI. *Aeneid.*

Liberis eius avunculus erat. *Donatus* ad *Phor-*  
*mionem Terentii.*

Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros. *Aru-*  
*sianus* *Messus.*

Insanum aliter sua sententia, atque aliarum mu-  
lierum. *Caris.* l. aliter pro alias.

Recens scripsi. *Donat.* *Phorm.* A. v. Sc. VIII.  
*Caris.* II.

Solis viis. *Donat.* *Phorm.* A. v. Sc. VIII.

Iussu Metelli cornicines occanuerunt. *Prisc.* l. X.

*Servius* II. *Georg.* *Virg.* *Diomed.* l. I. c. 4.

Nexuit catenæ modo. *Prisc.* l. X.

Doctus militiam. *Arus.* *Messus.*

Neque se recipere, aut instruere prælio quivere.

*Prisc.* l. X.

Equi sine rectore, exterriti aut saucii, conster-  
nantur. *Idem* l. IV.

Occupatusque collis editissimus apud Hilerdam  
et cum multa opera circumdata. *Priscian.* l. V.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, pro-  
cessit ad oppidum. *Prisc.* l. XVIII. *requie pro requies.*

Agreste. *Caris.* l. I.

Ardebat omnis Hispania citerior. *M. Fabius Vic-*  
*tor.* *de invent.* *Cic.* l. I.

\* et pondere validam urbem multos dies restan-  
tem pugnando vicit. *Non.*

Itaque Sertorius, levi præsidio relicto in Mauri-  
tania, nactus obscuram noctem, æstu secundo, fur-  
tivaque celeritate vitare prælum in transgressu co-  
nat. *Gellius* l. X. c. XXIV. *Non.* *Maroel.*



Transgressos omnes, recepit mons Ballera, præceptus a Lusitanis. *Idem ibidem.*

Earum eæ paululum progressæ nimio simul et incerto onere, cum pavor corpora agitaverat; deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat capit. *Serv. VIII. Aneidos, Arusian. Messus.*

Et mox Eusidius adveniens cum legionibus postquam tantas asperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta posti quam suis opportunitora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque irrumperet, tam leví copia, navibus fugam maturabat. *Servius Fuld. Messus.*

Itineris eorum Metellus per literas gnarus. *Arus.*

Itaque Servilius ægrotum Tarenti collegam prior transgrellus, iter vortit ad Corycum urbem inclutam: pastusque nemore, in quo crocum gignitur. *Pris. Non.*

Ad Olympum atque Phaselida. *Prisc.*

Apud Corycum. *Idem.*

Apud Lethe oppidum, cui nomen oblivionis considerat. *Idem Serv. ad I. Aen.*

Repulsus a Lethe oppido. *Idem Prisc.*

Apud Mutinam. *Idem.*

Apud Prænestē locatus. *Idem.*

Medio diei. *Messus.*

Quietam a bellis civitatem. *Idem.*

Militiæ peritus. *Idem.*

Sertorius portis turbam morantibus, et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine per calonum corpora, ad medium quasi deinsuper adstantium manibus in murum adtollitur. *Non. Serv.*

Neque detrusus aliquotiens terretur. *Prisc. l. XV.*

Dubitavit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Caris.*

Rumore primo. *Caris.*

*Idem* fecere Octavius et Q. Cæpio sine gravi ciuſdam exspectatione, neque sane ambiti publice. *Serv. ad IV. Aneid. Ambire significat et rogare. Sal-*



*Sallustius in Jugurtha: Quos ego audior ambire, fatigare vos singulos. Dicebatur et ambo illam, pro rogo?*  
*Sallustius in I. Idem fecere etc.*

Cum aræ et alia dis sacraia, supplicium sanguine fœdarentur. *Idem.*

Postremo ipsos colonos per miseras et incertas humani generis orare. *Id. ad iitad X. Aeneid.*

— per erersae genitor fumantia *Troiac.*

*Excidia obtestor.*

Ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus. *Idem.*

Perpetua tam paucis profectus, vera est aestimanda. *Idem ad I. XII. Aeneid. vs 694.*

## L I B. II.

### H I S T O R I A R U M.

**S**ardina in Africo mari facie vestigii humani, in orientem, quam in occidentem lator prominet. *Gellius lib. XIII. cap. XVIII. Non. Faciem totius corporis, formam, περιεξοι, id est, os, posuit antiquitas prudens, ut ab aspectu species, et a fingendo figura, ita a fractura corporis facies. Sallust. I. II. Sardinia etc. Isidorus.*

Inde Ichnusa appellata. *Solinus.*

Dubium an insula sit, quod Euri atque Ausiri superiactis fluctibus circumlavat. *Non. lavit pro larat.*

Non Sullam consulem de reditu eius legem fermentem ex composito trib. pl. C. Herennius prohibuerat. *Gell. I. X. c. XX. Sallustium proprietatis in rerbis retinentissimum consuetudini concessisse, et privilegium, quod de Cn. Pompeii Magni patris reditu jerebatur, legem appellasse.*

Nam procul, et diversis ex regionibus. *Carifius, Asper,* procul, inquit, est e loco.

Obviām fuerē. *Carifius ibidem. Asper ait; petulante obviām fuerē, adverbio quam nomine uti maluit.*



Urbe, patriaque extorres. *Messus.*

Genus militum suetum a pueritia latrociniis. *Id.*

Inter lœva mœnium, et dextrum flumen Turiam, quod, Valentiam parvo intervallo prætersluit. *Prisc.* l. V. et VI. *Turiam dixit, qui accusativus generis masculini est; non neutri.*

In fiducia, quam argumentis, purgationes dimit-tuntur. *Donctus Phorm. Act. I. Sc. III. et Hecyr. Act. IV. Sc. IV. Nonius. Fiducia est audacia. Serv.*

Antequam regressus Sertorius instrueret pugnæ suos. *Arifianus.*

Ipse animi atrox. *Idem.*

Copias integra. *Idem.*

Eodem anno. in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu prosector in Dardaniam, quibus potuit modis, dictas pecunias coëgit. *Nonius, dicere, est promittere.*

Post, ubi in fiducia nimius. *Arifianus.*

Sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope li-tora regebat. *Corsa nomine Ligus mulier. Prisc. l. IV.*

Nam quædam Corsa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, trans-natare solitum, atque per intetvalla, corpore auc-to, remegre videret, cupiens scire incognita sibi pa-bula, taurum a ceteris degredientem usque ad insu-lam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulæ ser-tilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo prosecti, eamque nomine mulieres auctoris et ducis appella-verunt. *Isidor. l. XIV. c. 6.*

Ne illa tauro parata sint. *Donatus A. IV. sc. 2. Andr.*

Dædalum ex Sicilia prosectorum, cum Minois su-geret iram, atque opes. *Priscianus l. VI. Serv.*

Quem ex Mauritania rex Leptissa proditionis in-simulatum cum custodibus miserat. *Priscian. l. E.*

Quos adversum multi ex Bithynia volentes oc-currere, falsum filium arguituri. *Prisc. l. X.*

Ut actione desisteret. *Messus.*

Vespera. *Carissius l. II.*

Argentum mutuum arcessivit. *Priscian. l. X.*



Eam ditionem Senatus, per nuncios Orestis cognitam, approbat. *Prisc.* l. VI.

Nisi qua flumen Lurda Tauro monte defluens.  
*Idem ibidem.*

Frugum, pabulique laetus ager. *Arusianus.* *Servius* l. I. *Aeneidos.*

Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipse belli promptissimos delegebant. *Messus.*

Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem.  
*Donatus Phorm.* Act. I. Sc. II.

Noctu diuque fiationes et vigilias tentare. *Cari-*  
*sus* l. II.

At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. multique commeatus anteierant insidiis latronum. *Prisc.* l. VII. et *Nonius.*

Namque primum Iasonem novo itinere maris Aegeæ hospitis domum violasse. *Priscianus* l. VIII.

Tartessum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine Gadir, habent. *Prisc.* l. V.

Neque subsidiis, uti soluerat, compositis. *Prisc.* l. X. soluerat autem est solitus fuerat.

Neque inermes ex prælio viros quemquam agnoturum. *Idem ibidem.*

Ea continentia vir gravis, nulla arte cuiquam inferior. *Arusian.* *Non.* in *Gravis.*

Omnes qui circum sunt, præminent altitudine millium passum duorum. *Arusian.*

et Pœni ferunt adversus A. N. C. M. *Donatus.*

Quia corpore et lingua percitum, et inquietum, nomine histrio vix sani, Barbuleum appellabant. *Priscianus* l. VI.

Audaciter. *Idem XV.*

Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequiam orationis, et maxime odium Sullæ, graves catrique erant. *Nonius:* *Obsequium neutrum.. genere, ob-*  
*sequela secunda.*

Mœnibus deturbat. *Non.* *Deturbare.*

E muris canes sportis demittebant. *Idem.*

Ad hoc rumoribus, adversa in pravitatem; se-



cunda in casum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem.*

At Metellus in ulteriore Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium undique, virile et muliebre secus. per vias ac tecta omnium visebatur. cum quæstor C. Urbinus aliique, cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant; ultra Romanorum, et mortalium etiam morem curabant; exornatis ædibus per aulæa et insignia, scenisque ad ostentationem histriorum fabricatis; simul croco sparsa humus, et alia, in modum templi cœleberrumi. Præterea cum sedenti transenna demillum Victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure, quasi Deo supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulæ quæ sitissimæ: neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum et serarum incognita ante plura genera, quibus rebus aliquantam partem gloriæ demiserat, maxime apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Rom. imperio existumantes. *Macrob. Satur. I. III. c. 13. Nonius. Sofipater I. L.*

Ruunt pars magna suis metu, aut proxumorum telis, ceteri vice pecoru in obtruncabantur. *Nonius.*

Occurrere duci, et prælium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

Avidisque ita, promptisque ducibus, uti Metellus ictu tragulæ sauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Don. Andr. v. sc. II.*

Primo incidit forte per noctem in renunculo pescantis. *Non.*

Ad hoc pauca piraticæ adiungit actuaria navi-gia. *Idem in piraticæ naviculae.*

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse. *Aruf.*

Suos equites hortatus vado transmittit. *Idem.*

Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur. *Donatus. Adelph. Act. III. sc. II.*

Circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa, aut quid tale capiti affligebant. *Arufianus.*



Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm. Act. I. sc. IV.*

Immane quantum animi exarsere. *Non. nomen positum pro adverbio.*

Ad illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere. *Serv. F. Ursini.*

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Serv. Fuldanus.*

### L I B . III.

## HISTORIARUM.

**E**xaudirique sonus Bacchanaliorum. *Macr. lib. I. cap. IV. Saturn. Non.*

Diversa, uti solet rebus perditis, capeſſunt: namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi; alii, globis eruptionem tentavere. *Prisc. l. X. Non.*

Unus constitit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor. *Idem l. VI. Probus Catholicis.*

Male iam assuetum ad omnis vis controversia-  
rum. *Priscianus l. VI. (Vis est num. plur.).*

Coniuratione claudit. *l. X.*

Quasi par in oppido festinatio, et ingens terror  
erat, ne ex latere nova munimenta madore infirma-  
rentur: nam mœnia oppidi stagnabant, redundanti-  
bus cloacis adverso æstu maris. *Non. in Mador.*

Equis et armis decoribus cultus. *Prisc. l. VI.*

Dedecores, inultique terga ab hostibus cæde-  
bantur. *Idem.*

Contra ille calvi ratus quærebat, num somnio  
thesaurus protenderetur. *Idem l. VIII. Non. in Calvit.*

Parte consumta, reliqua cadaverum ad diuturni-  
tatem usus fallerent, *Priscianus l. X.*



## EPISTOLA C. N. POMPEI.

AD SENATUM.

Si adversus vos patriam et deos penates tot labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adolescentia ductu meo scelestissimi hostes fusi, et vobis salus quæsita est: nihil amplius in absentem me statuissetis, quam adhuc agitis, P. C. quem contratemperatam projectum ad bellum sævissimum, cum exercitu optime merito, quantum est in vobis, fame, miserrima omnium morte, consecistis, Hac in spe populus R. liberos suos ad bellum misit? hæc sunt præmia pro vulneribus, et totiens ob remp. fusio sanguine? fessus scribendo; mittundoque legatos, omnes opes et spes privatas meas consumsi; cum interrim a vobis per triennium vix annuus sumtus datus est. Per deos immortales, utrum censem, me vicem ærarii præstare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse? Evidem fateor me ad hoc bellum maiore studio, quam consilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hostesque in serviciis iam Italiæ agentes ab Alpibus in Hispaniam summovi. per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius patefeci. recepi Galliam, Pyrenæum, <sup>1)</sup> Laetaniam, indigetes. et primum imperium Sertorii victoris, novis militibus et multo paucioribus, sustinui: hicmemque in castris inter sævissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. quid dein prælia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem? quando res plus valent, quam verba. castra hostium apud Sucronem capta, et prælium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu delcti, satis clara vobis sunt: pro quis, o grati patres, egestatem et famem redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. namque

<sup>1)</sup> Ita Codd. sed Plin. III, 3. Laetaniam, Illegetum.



stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quæsoque ut animadvertis, neu cogatis, necessitatibus privatim mihi consulere. Hispaniam citeriorem, quæ non ab hostibus tenetur; nos aut Sertorius ad internecionem valvavimus; præter maritimas civitates, quæ ultro i) nobis sumtui onerique, Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumsi. Reliqui vos estis: qui nisi subvenitis: invito et prædicente me, exercitus hinc, et cum eo omne bellum Hispanæ in Italiam transgredientur.

Namque his præter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate bienii proximi grave pretium fructibus esset. Non. Grave, multum:

His saltibus occupatis, tum externorum agros invasere: frumentique ex inopia gravi satias facta. Idem, Satias pro facetas.

Neque iam sustineri poterat immensum saucto mari, et vento gliscenti. Idem, Gliscit est congelascit, colligitur, ignescit, crescit.


Ac tum maxume, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carillum domi recordari, eunctique omnium ordinum extrema munia sequi. Idem. Munia, officia.

Et sorte in navigando cohors una, grandi fascio vecta a ceteris deeravit, marique placido a duobus prædonum myoparonibus circumventa. Idem in voce Faselus, et Myoparo.

Eum, atque Metrophanem Senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant. Idem et Carissus l. I.

Duos quam maximos utres levi tabulæ subiecit: qua super omni corpore quietus invicem tractu pedis, quasi gubernator existeret: ea inter molem at-

i) s. ultra, scil. deinde fuere.



que insulam, mari vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit. *Idem.*

Nam qui enare conati fuerant, icti saepe ferramentis navium; aut vulnerati a suis; aut afflicti alveos, undarum vi, mulcato foede corpore, postremo tamen periere. *Idem et Arus. Messus.*

Num tertia tunc erat; et sublima nebula cœlum obscurabat. *Non.*

Illum nautis forum. *Idem.*

## ORATIO MARCI LICINII TRIBUNI


### PLEBIS AD PLEBEM.

Si, Quirites, parum existumaretis, quod interius a maioribus relictum vobis, et hoc a Sulla paratum servitum interesset: multis mihi differendum fuisset, docendumque, quas ob iniurias, et quotiens a patribus armata plebes secessisset; utique vindices patravisset omnis iuris sui, tribunos plebis. Nunc hortari modo reliquum est, et ire primum via, qua capessundam arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam: quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes. sed praeter spem bonam ex verbis, quæ metum vicit, statui, certaminis adversa pro libertate potiora esse forti viro, quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro iure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut præmiis in vos convertere; meliusque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere. Itaque omnes concellere iam in paucorum dominationem; qui per militare nomen, ætrarium exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex Ipoliis vestris: cum interim, more pecorum, vos, multitudo sirgulis habendos sruendolque præbetis, exuti omnibus quæ maiores reliquerent: nisi quia vobilmet ijsi per suffragia, uti præsides olim, nunc dominos desipa-



tis. Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos plerique; (ratis<sup>1</sup>) enim animus ad ea, quæ placent, defendenda) cetera validiorum sunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos secundesque pertimuere? nisi forte Ca. Cotta ex factione media consul, aliter quam meū, iura quædam tribunis pl. restituit. et quamquam L. Sicinius primus de potestate trib. loqui ausus, mussantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos iniuriæ pertæsum est. Quid ego nequeo satis mirari, Quirites. nam spem frustra fuisse intellexistis. Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. ortus est longe sævior, Catulus. tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Coss. dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. Luæullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis. quæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto incassum agerentur, si, prius quam vos servundi finem, illi dominationis facturi erant: præsertim cum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrumque de dominatione in vobis fit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arfere: permanxit una res modo; quæ utrumque quæsita est, et erecta in posterum, vis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quæsoque, ut animadvertis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantur, otium pro servitio appellentis. Quo iam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio; fuisse, si omnino quiessetis. Nunc animum advertite: et nisi viceceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigræ linguae, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis: dein (ne vos ad viri-

<sup>1</sup>) l. paucioribus. et sic regit Coss. ex eis. præcis pro-  
tato.



lia illa vocem, quo tribunos plebei modo, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriis suffragia maiores vestri paravere) cum vis omnis, Quirites, in vobis sit, uti, quæ iussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe possitis. Iovem aut alium quem Deum consultorem exspectatis: magna illa consulm imperia et patrum decreta, vos exequendo rata efficitis, Quirites: ultraque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor: magis uti requiem cupiatis: neque discordias, uti illi criminantur, sed earum finem volens, iure gentium, res repeto: et, si pertinaciter retinebunt; non arma, neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum præbeatis, censeo. Gerant, habeantque suo modo imperia; quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis: absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est. nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra p̄ensantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium æstumavere, qui profecto non amplius possunt 1) alimentis carceris. namque ut illis exiguate mors prohibetur, se nescunt vires: sic neque absolvit cura familiari tam parva res: et ignavissimi quique tenuissima spe frustrantur. quæ tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat, decipi, et vestiarum rerum ultro iniuria gratiam debe re? namque alio modo 2), neque valent in universos, neque conabuntur. cavendus dolus est. Itaque simul comparant delenimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeii; quem ipsum, ubi pertinueret sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant. neque eos pudet vindices, uti ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere iniurjam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompeium, tantæ glo-

<sup>1)</sup> s. valent, prædelle queunt, quam alimenta carceris.

<sup>2)</sup> Quam per secordiam vestram, pretiumque virtutis.



riæ adolescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium; auctoremque in primis fore tribuniciæ potestatis. Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti præsidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripere talia unus poterat. Itaque verborum satis dictum est: neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos nescio quæ torpedo, qua non gloria movemini, neque flagitio: cunctaque præsenti ignavia mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, et huc ire licet, illuc i) munera ditium dominorum. atque hæc eadem non sunt agrestibus; sed cæduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur, et vincitur paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis est, et in dies magis erit; si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Postquam egressus angustias. *Messus.*

Ad Cyzicum perexit firmatus animi. *Idem.*

Ut sustinere corpora plerique nequeunt, fessi, arma sua quisque stantes incumberent. *Idem et Servius.*

Ac si statim fugitiyi, contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines, matronasque. *Nonius.*

Quibus a Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant: prima, quæ fonte venientes exciperet. *Serv.*

Ingens ipse virium, atque animi. *Arusianus.*

Locum nullum, nisi in quo armati institissent. *Id.*

At Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cottâ Vulcioque impeditur. *Nonius.* *Pugio est brevis gladius.*

Castris collatis, pugnâ tamen ingenio loci prohibebatur.

Sed Pompeius a prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi,

i) Sic ex edd. pris. Cortius. al. munere. Credimus autem dici hos sensu: *Vos, quos domini illi dites sui muneris fecere,*

**facta consultaque eius quidem æmulus erat. No-  
nius.**

## Dubius consilii. *Arusianus.*

Post redditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem.*

Quod ubi frustra tentatum est, secordius ire milites occœpere, non aptis armis, ut in principio et laxiore agmine. *Nonius.*

Atque eum Curio laudatum, accensumque præmiorum spe, quibuscum optavisset, ire iubet. *Idem.*

Eodem tempore Lentulus dupli<sup>c</sup>i acie, locum  
editum multo sanguine suorum defendens, postquam  
ex sarcinis paludamenta adflare, et delectæ cohori-  
tes intelligi cœpere. *Idem.*

Si nihil ante adventum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam. *Priscianus* l. XIV.

**Fine inguinum ingrediuntur mare.** *Arusianus.*

M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque curis, nisi instantibus. *Idem.*

Muros successerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, et axe vincitæ tabes per primum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii 1) militaris *veruta* binum pedum. Non. Serv.

Octavium mitem, et captum pedibus. Arus.

Igitur discubuere Sertorius inferior in medio,  
super eum L. Fabius Hispaniensis senator ex pro-  
scriptis: in summo Antonius, et infra, scriba Serto-  
rii Versius: alter scriba Mæcenas in imo, medius  
inter Tarquitium, et dominum 2) Perpennam. *Non.*  
*Servius.*

Quarum unam epistolam forte cum servo nacti  
prædatores Valeriani scorpione 3) in castra misere.  
*Nonius.*

1) *Ericium erat trabs, ex qua undique ferrei aculei prominebant. Veruta tela brevia, a veru similitudine.*

2) Int. convivii. rectius vero legas *Per' pernam*; cf. *Vetus Ieiunium*, 30 ibique not. ed. Bip.

a) *Scorpio tormenti genus, unde tela, expellebantur.* cf. *Cæsar. B. G. VII, 25 et Hill. B. Afr. 10, 31.*

## HISTORIARUM.

**A**t Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega eius, cui cognomenum Clodiano fuit, perincertum, stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emitoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit. *Gellius* lib. XVIII.

Omnies, quibus ætas senecto corpore, animus militaris erat. *Priscianus* l. IX. et X.

Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt. *Idem* l. IX.

Implicitæ rates ministeria prohibebant. *Idem ibidem*.

Igitur legiones pridie in monte positas arcessivit. *Idem* l. X.

Anxius animi, atque incertus. *Arufianus*.

Magnam exortus orationem. *Idem*.

Impotens et nimius animi est. *Idem*.

Amisumque assideri sine præliis audiebat. *Priscianus* l. VIII. *Obfideo* et *affideo* activa sunt; faciunt enim *affideor* et *obfideor*.

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus. *Festus*.

Castella, custodia thesaurorum in ditionem acciperentur. *Serv. Caris.* l. I.

Reliqua cadavera salita. *Diomedes* l. I. c. IV.

*Epistola Regis Mithridatis scripta ad Regem Arsacen* 1).

REX MITHRIDATES REGI ARSACI S.

Omnies, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem

a) Int. Parthorum; tunc Dion. Appian. et Plut. Commune vero nomen erat Arfaces regibus Parth. Proprium huius erat, si Xiphil. audias Pacorus; si Appianum, Sintricus.

cem agere: dein quod queritur, satisne piūm, tuum; gloriosum; an indecorum sit. 1) Tibi si perpetua pace frui licet; nisi hostes opportuni et sceleratissimi 2), egregia fama, si Romanos opprēseris, futura est: neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis bonis miseri sperem. Atqui ea, quæ te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meæ res parum prosperæ, si vera existimare voles, maxime hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualēm tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus erēptis, usum dedit bene suadendi; et, quod florentibus optabile est, ego non validissimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas. namque Romanis cūm nationib⁹, populis, regibus cunctis, una et ea vetus causa bellandi est, cupid⁹ profunda imperii et divitiarum. qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumscere: dum a Carthaginensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessionē Asiacē per dolum avertere: ac mox, trato Philippo, Antiochus omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde, Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi, et repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, insomnijis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem. post Attalum, custodem agri captivi, sumtibus et contumeliis ex rege miserrimum servorum effecere: simulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more, per triumphum duxere. Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomedem mortuo, diripiēre, cum si-

1) Sic cum Vatic. et Venetis edd. dedit Cort, neque tamen recte distinxit aut exposuit: Alii præter sensum: Tibi perp. pace frui licet, n̄ h. o. etc. Interpretes nutant.

2) Int. essent, et nisi egregia fama futura. Sic omnia plana.



lius Nusa 1) quam reginam appellaverant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me appelle? quem disiunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem, neque servitum esse, per Nicomedem bello laceraverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quæ accidere, testatum antea, Cretenses solo<sup>s</sup> omnium liberos ea tempestate, et regem Ptolomæum. atque ego ultus iniuriās, Nicomedem Bithynia expuli; Asiamque spolium regis Antiochi recepi, et Græciæ demisi grave serviū. incepta mea postremus servorum Archelaus, exercitu prodi<sup>t</sup>, impeditivit: illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinevit, acerbissimas pœnas solvunt: Ptolemaeus pretio in dies 2) bellum prolatans; Cretenses impugnati semel iam, neque finem, nisi excidio, habituri. Evidem cum mihi ob ipsorum interna mala, dilata prælia magis, quam pacem datam intelligerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiiis, rursus tamen bellum cepi: Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi: mari exui classe pulcherruma. Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente: simul hiems mari prohibebat. ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Parium, et Heraclem, militum optumos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Cabira exercitu, et variis inter me atque Lucullum præliis, inopia rursus ambos incessit. illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vastis circum omnibus locis in Armeniam concessi: secutique Romani, non me, sed morem suum omnia regna subvertundi, quia multitudinem, artis locis, pugna prohibuere, im-

1) Filia Nicomodis. Alii pro casu sexto dedere secundum Nusa.

2) Vulgo dies sine præp. idque Cortius expungit. Nos Carrionem sequimur. In dies scil. singulos, dicitur in horas, ut Cic. ad Attic. XIV, 23. Hirtius As. I, 62. utrumque coniungit in dies horasque.

prudentiam Tigranis pro victoria ostentant. Nunc quæso considera, nobis oppressis, utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putas? scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum, et auri esse: et ea re a nobis ad societatem, ab illis illis ad prædam peteris. Ceterum consilium est Tigranis, regno integro, meis militibus, 1) belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora 2). bellum consicere: 3) quando neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras, Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, imperium? convenas olim, sine patria, sine parentibus, 4) pesti conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, iuxta sitos, in opes potentesque trahant, excidant: omniaque non serva et maxime regna hostilia ducant. namque pauci libertatem: pars magna iustos dominos volunt: nos suspecti sumus æmuli, et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia maxima urbium, regnumque Persidis incultis divitiis est, quid ab illis, nisi dolum in præsens, et postea bellum exspectas? Romani arma in omnes habent, accerruma in eos, quibus victis spolia maxima sunt; audendo et fallendo, et bella ex bellis serendo, magni facti. per hunc morem extinguent omnia aut occident 5): quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis: fortuna aut nostris vitiis, adhuc incolumem, teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppressisse. Quod uti

Q 2

1) Voces belli p. ex Carisco additæ sunt.

2) Intelligit civitates suam et Parthorum.

3) Cortius præsert quomodo, quod alii libri habent.

4) Al. peste. Sed exponas gentem evallis in pestem t. o. s. que foret pekis o. t.

5) h. e. peribunt ipsi.



facias moneo, hortorque; neu malis, pernicie nostra prolatare, quam societate victor fieri.

Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Non. de mutata declinatione. Caris. l. I.*

Scalas pares mænium altitudine. *Arusianus.*

Dissidere inter se cœpere, neque in medium consultare. *Idem.*

Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia, quae plebs vellet.*

Suspectusque fuit, incertum vero, an per negligentiam, societatem prædarum cum latronibus composuisse. *Idem, Componere, coniungere.*

Collegam minorem, et sui cultorem exspectans. *Arusian.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit, ad flumen Euphratēm; qua in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur. Et quamquam ad id naves codicariæ occulto per hiemen fabricatæ aderant. *Non. Codicariae naves, quae in flumine usui esse possent.*

Qui prætergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. *Idem.*

Cum interim, lumine etiam tum, incerto, duæ Galliæ mulieres conventum vitantes ad menstrua solvenda montem ascendunt. *Idem.*

Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. *Id. Demoliri est diruere.*

Exercitum dimisit, ut primum Alpes degressus est. *Arusianus.*

Tetrarchas, regesque territos animi firmavit. *Id.*

Simul eos, et cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ut in secunda re, pariter acre invadunt. *Nonius.*

Hi locorum pergnari, et soliti necire ex viminiibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parvæ equestris armabat. *Nonius, Parva est scutum breve.*

De pecore coria recens detracta, quasi glutino adolescebant. *Carisius l. I. Servius.*



Avidior modo properandi factus. *Arusian.*  
*Confiliī æger. Idem.*

Reversi postero die, multa, quæ properantes de-seruerant in casulis, nacti, cum se ibi cibo vinoque læti invitarent. *Nonius*, *invitare est repleri,*

Atque hiavit humus multa, vasta et profunda.  
*Idem. Hiare et aperire.*

Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contende-  
dunt. *Nonius.*

Ubi se laniata navigia fundo emergunt. *Arusian.*

Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartarium. *Idem.*

Eos qui hoc malum publicum clandestinis con-  
siliis comparaverunt. *Nonius.*

In quis notissimus quisque, aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore, 1) improbe patibulo eminens affigebat. *Idem, patibulum est crux.*

Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus V et XXX *Messus.*

Clausi lateribus pedem. *Idem.*

Naphthas. *Probus Catholicis.*

### L I B. V.

## HISTORIARUM.

**A**t Lucullus auditio Q. Marcium Regem pro con-  
sule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam  
tendere. *Priscianus l. XVIII.*

Legiones Valerianæ comperto, lege Gabinia Bi-  
thyniam et Pontum consuli datam: millos esse. *Idem  
ibidem.*

Regem aversabatur. *Arusianus.*

Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum,  
aut tribunorum; et pars sua commeatibus mercatis.  
*Nonius.*

Et uxori eius frater. *Arusianus.*

1) Vulgo improbo, al. improbi: unde concipiunt l. in  
prora l. in proris l. in puppi; nostrum *Solerus.*



Sæpe celebritatem nominis intelligo timentem.  
*Priscianus* l. *XIX.*

Video ingentia dona quæsitum ire properantem.  
*Idem ibidem.*

Nam si Pompeio quid humani evenisset. *Aruf.*

Quibus de causis Sullam in victoria dictatorem  
equo descendere, sibi uni assurgere de sella, caput  
aperire solitum. *Non.* *Aruf.* *Servius.*

### F R A G M E N T A INCERTORUM LIBRORUM.

**N**e inrumiendi po - - - - sublicibus cavata - - - -  
sent. *Festus.*

Cuius duas insulas propinquas inter se, et decem  
stadium procul a Gadibus sitas, constabat suopte in-  
genio alimenta mortalibus gignere. *Nonius.*

Serum bellum in angustiis futurum. *Iunius Phil-*  
*arg. ad Georg. Virg.*

Illi tertio mense pervenere in Pontum multo ce-  
lerius spe Mithridatis. *Arufianus.*

Ergo Senati decreto serviundumne sit. *Donatus.*  
*Andr. II. Sc. II.*

Pompeius oris improbi, animoque inverecundo.  
*Suet. de claris Gramm. c. XIV.*

Simulans sibi alvum purgari. *Isidorus* l. *XI.* *in*  
*voce alvus*, *Servius* ad l. *III.* *Aeneidos.*

Fecit ut nunciis confessim lugubribus. *Carif.* l. *II.*  
Communem habitum transgressus. *Priscianus*  
l. *XIV.*

Inter arma civilia æqui boni famas 1) petit. *Se-*  
*necca Epistola CXIV.*

Haud impigre, neque incultus occiditur. *Dona-*  
*tus ad Andr. Terentii Act. I. Sc. II.*

1) Al. male famam, contra quam *Seneca* attulit; et *Ar-*  
*runtius*, *Sallustii imitator*, in eo secutus fecit in-  
gentes esse famas de Regulo.

Festinantibus in summa inopia patribus. *Idem ad Enuch. Act. IV. Sc. III.*

Hostes oppressi, aut delapsi forent. *Isidorus I. XVIII.*

Exercitum argento fecit. *Seneca Epistola CXIV.*

Togam paludamento mutavit. *Isidorus I. XIX.*  
*Servius.*

Hiero rex Syracusanorum bellum fecit. *Seneca.*

Ibi triennio frustra trito. *Servius ad IV. Acneid.*

## ORATIO C. COTTAE CONSULIS.

### AD POPULUM.

Quirites, multa mihi pericula domi, militiæ multa adversa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis, et viriute mea: in quis omnibus, neque animus negotio defuit, neque decreta labos. malæ, secundæque res, opes, non ingenium, mihi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. præterea senectus, per se gravis, curam duplicat, cui misero acta iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet. nam, si parricida vestri sum, et bis genitus <sup>1)</sup> hic deos Penates meos, patriamque, et summum imperium, vilia habeo; quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quæ pœna mortuo? cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adolescentia in ore vestro privatus, et in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui: avidissimus privatæ gratiæ maximas inimicitias pro republica suscepi: qui victus cum illa simul, cum, egens alienæ opis, plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam, deos Penates, cum inge-

1) Bis geniti Romæ dicebantur, qui post calamitatem honores aut post exilium patriam recipiebant. Sic C. i. c. ad Att. VI, οὐερίτιον sum vocat παλιγγενεσίην.



ti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concederim. nam vita et mors iura naturae sunt: ut sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer, agas, id dono datur atque integer accipitur. Coniules nos fecisti, Quirites, domi bellique impeditissima Republica. namque Imperatores Hispaniae stipendum, milites, arma, frumentum poscunt: et id res cogit; quoniam, defectione sociorum, et Sertorii per montes fuga, neque manu certare possunt, neque utilia parare. exercitus in Asia Ciciliaque ob nimias opes Mithridatis aluntur; Macedonia plena hostium est: nec minus Italiæ maritima, et provinciarum: cum interim vectigalia parva, et bellis incerta, vix partem sumtuum sustinent: ita classe, quæ commecatus tuebatur, minore quam ante navigavimus. Hæc si dolo aut secordia nostra contracta sunt; 1) agite, uti monet ira, supplicium sumite: si communis fortuna asperior est; quare indigna vobis nebisque et rep. incipitis? Atque ego, quius ætati mors proprietor est, non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur, neque mox, ingenio corporis 2) honestius 3), quam pro vestra salute, finem vitæ fecerim. Adsum en C. Cotta Consul: facio, quod saepe maiores asperis bellis fecere: voveo, dedoque me pro rep. quam deinde, cui mandetis, circumspicite. nam tales honorem bonus nemo volet, cum fortunæ, et maris, et belli ab aliis acti, ratio redienda, aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in

- 1) Sic Ciaccon. et Carrio in MSS. invenere; quod Cort. receperit, sed per mendum omisit agite. Vulg. et, uti luet, ita suppl. sum.
- 2) h. e. natura corporis, quæ est ea, ut tandem deficiat corpus viribus. Sequimur vero edd. priscas Venetas, quibus MSS. consentiunt omnes. Aldina defecit ad ingenui corporis, deinde et alii dederunt fecerit. Cortius faciens ingenui corporis, nugatur; et tamen arguit Carrionem, qui nostrum probat.
- 3) Scil. qui morte sua abit, honestius vitæ finem facit, quam si qui suppicio; quamvis hoc a rep. putet. plebs.

animis habetote, non me ob scelus, aut avaritiam cæsum; sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate adversa, et consulite recip. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, et pacis opulentiam quæritis: cum omnes provinciæ, regna, maria, terræque aspera, aut fessa bellis sint.

Germani intectum renonibus 1) corpus tegunt.

*Isidorus* l. XIX, 23.

Unde pons in oppidum pertinens explicatur.

*Arusianus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur.

*Don.*

Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius.*

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum differuit. *Priscianus.*

Inde ortus sermo percunctantibus utrumque, *Satin* salve 2), quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis, 3) agerent? *Donatus* *Ter. Eun. V*, 6, 8.

(Fugam nostris fecere. *Seneca.*)

4) (Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem.*)

Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum, et strenuum ostentantos. *Isidorus*, *Servius X.*

Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere. *Isidorus*, *Servius.*

Ubi multi nefande casu super ausi, atque passi.

*Priscianus.*

1) Reno, Rheno, nomen Gallicum vellis pellicæ interioris, ab humeris usque ad umbilicum pendens; cf. præter *Isid.* l. c. *Serv. ad Georg.* III, 383. Cæs. B. G. VI.

2) scil. agerent; quod dein mox additur. de qua formula vide, quæ notavimus ad *Terent. l. c. alli male salvæ sc. res essent?*

3) Vulg. augerentur. Sed Lindenbr. et ed. Hackiana dedere agerentur; hinc nostrum bene coniecit, ne quo tamè rescripsit *Cortius.*

4) Quæ duo *Seneca* non *Sallustio* sed *Arruntio* imitatori tribuit,



*Saguntium. Carifius.*

Tota autem insula modica, et cultoribus inanis  
est. *Martianus.*

*Immodicus animi. Arufianus.*

Pugnam illam pro omine belli futuram. *Servius.*

Tantum antiquitatis, curæque maioribus pro  
Italica gente fuit. *Idem.*

Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris.

*Diomedes l. II.*

Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem  
**A. B. C. M. Donatus.**

In silva Sila fuerunt. *Servius.*

In nuda iniecta corpora. *Diomedes.*

Apolinis filia et Cyrenes. *Probus.*

Ne simplici quidem morte moriebantur. *Servius.*

Cum prædixero positum insulæ. *Donatus.*

Cuius adversa voluntate, colloquio militibus per-  
misso, corruptio facta paucorum, et exercitus Sullæ  
datus est. *Idem.*

A Graccho seditiones ortæ. *Augustinus.*

M. Atilus Palicanus humi loco, Picens, loquax  
magis, quam facundus. *Quintilianus l. IV. {c. II.  
Hieron. adverb. Helvid. et Gell. l. IV. c. XV.*

Insolens vera accipiundi, *Donatus.*

Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello  
facta erat. *Phorm. l. I. ad. 4. (refer ad l. II. hist.)*

Corubis. *Probus.*

Tharros. *Idem.*

Camisos. *Idem.*

Luces. *Sergius.*

Primum modo Iapidiam ingressus. *Servius.*

Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum  
deseruit. *Idem. (refer ad l. II. hist.)*

Quæ pacta in conventione non præstitissent. *Don.*

Crebritate fluctuum in Aquilo solet. *Servius.*

Mithridates corpore ingenti perinde armatus.

*Quintil. l. VIII. c. III.*

Tyrannumque, et Cinnam appellantes. *Victori-  
nus, Servius.*

Nomenque Danubium habet. *Acras.*



Cui nisi pariter obviam iretur. *Donatus.*

Septimum, neque animo, neque lingua satis compotem. *Idem.*

Vulgus amat fieri. *Quintilianus I. IX. c. III.*

Non pæniturum. *Quintilianus I. c. pro non ac- turum pænitentiam.*

Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se et milites frequentibus exercitiis præparavisset ad præliæ. *Ve- getius I. I. c. IX. Ioh. Saresbur.* (refer ad I. II. hist.)

Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius I. VI. c. XVIII.*

Primus Græcorum Achilles. *Servius.*

Cupientissimus legis. *Diomedes.*

Magna gloria 1) tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu militum, et armorum fuit. Multaque tum ductu eius curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum 2) celata sunt. Cominus faciem suam ostentabat, aliquot adversis cicatricibus, et effosso oculo. quo ille de honestamento corporis maxime lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua gloriosus retinebat. *Gellius II. c. XXVII.*

Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetustatem uti cetera in maius componentem altores Iovis celebravisse. *Lactantius I. I. c. XXI.*

Italiam coniunctam Siciliæ constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum. Inde Rhegium nominatum. *Isidorus.*

Pompeius devictis Hispanis tropæa in Pyrenæis iugis constituit. *Servius.*

Atque edita undique tribus tamen cum muris, et magnis turribus. *Donatus.*

Et in præliis actu promptus. *Idem.*

a) Int. Sertorius dux.

b) Vulg. male celebrata.



Pactione amissio Publico legato. *Idem.*

Ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera. *Serius, Macrobius, Priscianus.*

Equis paria operimenta erant: quæ linea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Servius.*

Rebus supra votum fluentibus. *Idem.*

Aenam, et Maroneam, et viam militarem. *Idem.*

Impediebat iussa naturam. *Idem.*

Nihil secordia cludebat. *Donatus.*

Ut tanta repente mutatio non sine deo videtur. *Idem.*

In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem.*

Pressi undique multitudine. *Idem.*

Hunc igitur redarguit 1) Tarquinius. *Idem.*

Dein campi Themysciri: quos habuere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digressæ. *Servius.*

Ubi eum tota concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non usurum, eumque ab armis dimittit. *Idem.*

Et Metello procul agente longa spes auxiliorum. *Idem.*

More equestris prælii sumtis tergis atque redditis, et egressi ad faciliores ictus loco cedebant. *Id.*  
Castra sine vulnere introitum. *Idem.*

Multos tamen ab adolescentia bonos insultavit. *Idem et Donatus.*

Cosa. *Servius.*

Equis atque armis insignibus. *Idem.*

Fessus in Pamphiliam se receperat. *Idem.*

Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ.

*Quinctil.*

Apud latera certos collocaverat. *Servius.*

Apertæ portæ, repleta arva cultoribus. *Idem.*

Hispaniam sibi antiquam patriam esse. *Idem.*

Lyciæ, Pisidiæque agros despiciantem. *Idem.*

Sorte ductos fusti necat. *Idem.*

1) Al. Tarquinius.



Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Bruttium, et Salentinum. *Idem.*

Italia plana ac mollis. *Idem.*

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit. 1)

*Idem et Scholiastes Iuvenalis.*

Introrsus prima Afia Bythinia est, multis antea nominibus appellata. 2) ipsa enim est et maior Phrygia. *Servius.*

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre veneno imperfecta. *Idem.*

Exercitum vertere. *Idem.*

Creta altior est, qua parte spectat Orientem. *Idem.*

Se regibus devovent, et post eos vitam refutant: adeo illis ingentia est sanctitas regii nominis. *Idem,* et *Philargyrius.*

Dum inferior omni via grassaretur. *Iohannes Gramm.*

Narbone consilia Gallorum. *Pompeius in artem Donati.*

Post defectionem sociorum et Latii. *Donatus Adelph.* III. 4.

Ad Iovis (int. *templum*) mandem nostra *Id.* IV. 2.

Morbi graves ob inediā insolita vescētibus. *Idem ad Hecyr.* III. 2. ḥ. 2.

Atque ea cogentes non coactos, scelestos magis quam miseros distringi. *Idem. Ibidem* IV. i.

Graviori bello, quo prohibituri venerant socii, frigere. *Idem* V. 1.

Nam quidem Pyrrho, Hannibali, æquor et terra. *Id. Phor.* I. 1.

Nam Sulla dominationem audebat. *Idem* II, 8  
ḥ. 25.

Neque est 3)offensus dominationem Sullæ. *Id. ibid.*

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

Ex insolentia avidus malefaciundi. *Idem.*

1) cf. Tac. Ann. XII, 63.

2) Corrupta sunt seqq. Ex Servio coniicias varia prisca nomina Bithyniae, quæ antea dicta fuerat Bœbrycia.

3) Vulgo mendose defensus.



- Tergis vinciebant. *Idem.*

Charybdis quæ forte illata naufragia sorbens gurgitibus occultis millia sexaginta. Tauromentiana ad litora trahit. *Idem.*

Saguntini, fide atque ærumnis incluti, per mortaliū studiū maiores quam opibus; quippe quis etiam tum semiruta mœnia, domus intectæ, parietes que templorum ambusti manus Punicas ostentabant. *Hieron. in Habacuc. c. II.*

Apud Corduennos, 2) amomum, et alii leves odores gignuntur. *Philarg. in IV. Georg. Virgil.*

Quem trans stagnum omnis usque ad flumen. *Id.*

Repenitē incautos agros invasit. *Idem.*

Belli sane sciens. *Acron.*

Namque omniū ferocissimi sed hoc tempus Achæi atque Tauri 2) sunt, quod quantum coniicio, locorum egestate rapto vivere coacti. *Glossae Juvenalis.*

Atque ipse cultus rei. *Acron.*

Tripli fluctu. *Servius Fuldanus.*

Charybdi mare vorticosum. *Idem.*

Sed ubi tempore anni mare classib[us] patefactum est. *Idem.*

Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. *Idem.*

Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes, cum et pacis modo effusas. *Idem.*

Genua patrum advolvuntur. *Idem.*

Peregrinare in Hispaniam et Sardiniam. *Idem.*

Quæ mapalia sunt circumiecta civitati, suburbana ædificia. *Id. (ad I. VI. hist.)*

Et onere turrium incertis navibus. *Idem.*

Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse.

*Id. (ad I. VI. hist.)*

Ad mutandum modo in melius servitium. *Servius ad I. Aeneidos.*

1) Populum circa mare Hyrcanum.

2) a quibus Chersonesus Taurica nomen habet.



**Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate electa.** *Idem ibid.*

**Cum murum hostium successisset, poenas dederat.**  
*Idem ad Eclogam quintam.*

**Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cædibus.** *Id.*

**Hi sunt qui secundum pocula et alia res aureas diis sacrata instrumenta convivio mereantur.** \* *Idem ad IX.*

**In secunda festinas cohortes composuerat.** *Id. ad IX.*

**Iam repente visus sœvire Taguns.** *Idem ad X.*

**Exant armis equisque.** *Idem.*

**Solas festinare.** *Idem.*

**Lusitanæ gravem civitatem.**

**Ex parte cohortium præcipere instructa, et stationes locatae pro castris.** *Idem.*

**Bellum, quibus posset conditionibus, desineret.** *Id.*

**In quibus longissimo ævo plura de bonis falsa in deterius composuit.**

**Cultu corporis ornata egregio.** *Idem.*

**At Sertorius vacuus hieme augere copias.** *Acro in Horat.*

**Sin vis obstat, ferro quam fame æquius periturus.** *Servius.*

**Confedit in valle virgulta nemorosaque.** *Idem.*

**Paululum requietis militibus.** *Idem.*

**Qui nullo certo exilio vagabantur.** *Idem.*

**Nubes fœdavere lumen.** *Idem.*

**Sanctus alia.** *Idem.*

**Geronis.** *Idem.*

**Quæ causa fuerat novandis rebus.**

**Radicem montis excessit.** *Statii interpres.*

**Ut res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locaverant.** *Idem.*

**Incerta est fortitudo dum pendet.** *Idem.*

**In quibus plaustra sedes sunt.** *Acro ad Horat.*

**Luxo 1) pede.** *Probus.*

**Maurique vanum genus, ut alia Africæ, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perlarum iustos et egregios agere.** *Priscianus.*

1) **Luxus ab antiq. Ius, unde eluo, diluo, idem quid luxatus.**



Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris  
*Arco ad Horat.*

Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci ~~την αὐτὴν θεόν~~ appellant, maximum esse Nilum consentitur; proxima magnitudine esse Hisstrum scripsit Sallustius. *Gell. I. X. c. VII.*

Ex omnibus quæ tractavimus, Aebuti Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum, quam quod in manibus est. *Seneca Benef.*

Turbinum motus vagus est, et disiectus, et uti Salustii verbis utar, vorticoses; cometarum autem compositus, et certum iter carpens. *Idem Nat. Qu. VII. 8.*

Sallustius, auctor certissimus, afferit, Tigrim et Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividantur, spatio medio relicto multorum millium; quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. *Idem et Ifidor. XIII. Vib. Sequest. et Hieron. de loc. Heb.*

Pelorum promontorium Siciliæ respiciens aquilonem iuxta Sallustum dictum a gubernatore Hannibal illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, cum se eius dolo crederet esse deceptum. *Serrius et Ifidorus.*

Aristæus, uti Sallustius docet, post laniatum a canibus Actæonem filium matris instinctu Thebas reliquit, et Ceam insulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: postea ea relicta cum Dædalo in Sardiniam transivit, post delatus est Cumas. *Serrius.*

Sallustius duces laudat, qui victoriam in cruento exercitu deportarunt. *Idem (cf. Iug. c. 92.)*

Cares insolani populi fuerant, practicam exercentes, famosi, victi a Minoe, uti Sallustius et Thucydides tradunt. *Idem.*

A Troia Cœpys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardinian, secundum Sallustum tenuerunt. *Idem.*

Dar.

Dardania, Dardano Iovis et Eleotro filio, aut secundum Sallustium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem.*

Sallustius Scyllam saxum esse dicit, simile formæ celebratæ procul visentibus. *Idem.*

In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, secundum Sallustium. *Idem.*

Sallustius ait, Hispanorum morem fuisse, ut in bella euntibus iuvenibus parentium facta memoren- tur a matribus. *Idem.*

Orion, iuxta Sallustium, oritur iuxta solis æsti- vi pulsum. *Idem.*

In Flaminia est civitas, quæ Cale dicitur, et in Gallia hoc nomine, quam Sallustius a Perpenna cap- tam commemorat. *Idem.*

Getæ sunt Myhi, quos Sallustius a Lucullo di- cit esse superatos. *Idem.*

Troianorum tempore invadendarum terrarum causa fuerat navigatio, ut Sallustius meminit. *Idem.*

Curribus falcatis usos esse antiquos, Livius et Sallustius docent. *Idem.*

Vices significant pugnam, quia per vicissitudi- nem pugnabantur, ut inquit Sallustius. *Idem.*

Creta medio iacet insula ponto, id est, secun- dum Sallustium, procul a continenti. *Idem.*

Primo mensē veris dicitur novum ver, secundo ver adūlūm, tertio præceps: sicut etiam Sallustius dicit, ubique, nova ætas, adulta, præceps. *Idem.*

Sallustius in Historia tradit, Sertorium victimu voluisse fugere ad insulas Fortunatas. *Acron.*

Insulas Fortunatas Sallustius inclutas esse ait. Homeri Carminibus. *Servius.*

Proximum dicubant veteres, non solum adhæ- rens, et adiunctum, verum etiam longe remolum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. *Virg. Aeneid. l. V.*

*Proximus huic; longo sed proximus intervallo,  
Insequitur Sallius.*



Ita ~~ex~~ Sallustius in situ Ponti, ~~de~~ pro montoriis Paphlagonum, et quod Keras, ~~per~~, appellavit, posuit Nonius.

*Interrogasti, si ienes, Maeotici  
Situs quis esset aequoris. Sallustium*

*Noram id dedisse, dicta et eius omnibus.*

*Prae iudicata auctoratis ducier,  
Non abnuebam. Festa Avienus.*

Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum. in arcus similitudinem. Sic de Ponto Sallustius, unde hic valit colorem. Nam speciem efficit Scythici arcus. *Servius ad III. Aeneid.*

— — *Freta lata reluent.*

Lata autem ideo, quia se angustiae Pontici oris illic dilatant, ut dicit Sallustius. *Servius.*

Teia autem est a Teio Anacreontis Poetæ Lyrici oppido, quod in Paphlagonia esse Sallustius indicat, cum de situ Pontico loquitur. *Comment. in Horat.*

Porro Sallustius auctor certissimus afferit, tam Tygris, quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. *Hieron. de locis Heb.*

Cum multi evaserint Trojanum periculum, ut Capys, qui Campaniam tenuit; ut Helenus, qui ut alii, Sardiniam, secundum Sallustium. *Servius.*

Sallustianus Calpurnius. *Hicronym. ad Ruf.*

Calpurniani discipuli. *Idem ibidem.*

Tamen vulgata iam res est gentium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt. Sallustius vanos Mauros, et feroce Dalmatas pulsat. *Tertull. de anima.*

Sarcasmus, Chlevasmo proxima est, et similis figura, qua adversariorum facta, cum exacerbatione admissi, lacessimus. ut apud Sallustium de Sullæ crudelitate. Ut in M. Mario cum fracta prius cura per artus expiraret. *Jul. Rufinianus de schematis lexcos.*

Mesopotameni homines effrancatae libidinis sunt, ut Sallustius meminit in utroque sexu. *Glossae in Juvenalem.*

*Antonius ille trium Antoniorum corruptor, illic Sallustius, qui oræ maritimæ quæ Romanum accepit imperium contrarius piratis. Si omnes socios et associatos xume Græcos, Asiaticos ac Siculos fortunis omnibus spoliaverunt. Eadem Glossæ.*

*Σαλλουσίου δε θυμαζώ, τοτε πρωτον ὥρθαι Φεν μαιοις καμηλούς. λεγούτος, εἰ μῆτε πρωτερον τοὺς μὲτα Σκιπιωνές νικησάτας Αντιοχὸν ωτῶ, μῆτε τοὺς εναρχόες πέρι Ορχομενοῦ, καὶ πέρι Χαιρωνειαν Αρχελαοῦ μεριαχήρε νους εγνωκεναι καμηλού. Id est, Sallustium demitor, qui autumat, tum primum viros Romanis Camelos, quod neque olim illos qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos qui ad Orchomenum et Chæroneiam certaverunt cum Archelao, nosse pulaverit Camelum. Plutarchus.*

*Σαλλουσίου μὲν οὐν φῆσι, χαλεπούς διατεθῆναι τοὺς σερατιωτας πέρις αὐτον ευθὺς εν αρχῇ τον πολεμου πέρις ξενίων, καὶ παλιν πέρις Αμισοῦ δυρχειμονας εξεις εν χαλεποῖς διαγνωγεις αναγνωσθεντας. Id est, At Sallustius quidem fuille milites iam inde a principio male ait ini eam (Lucullum) animatos, quod ad Cyzicum, et iterum ad Amisum duas hiemes eos in calidis continuat; Idem.*

### L E C T O R I.

*Haotenus Fragmenta florentissimi Rerum Romanarum scriptoris, quae extare putamus. Cerera quia sequuntur, in MSS. Servio legi auctor est F. C. Andreas Schottus: in optima tamen illa Homo ut Editione a Petro Daniele IC. procurata non conseruent.*

\* mor Trequii præter se ciem necessariam hanc multo secus quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum haec aguntur a fugitivis, ægra parte militum autumni gravitate, neque ex postrema fuga, cura favero edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus, et qui reliqui erant per summa flagitia detrectantibus militem, Quæstorem suum C. Thoranium, ex



quo præsenie vera facillime noscerent. \* commiserant, et tamen interim quum volentibus numero quatuor.

\* ingre, tante setui debacritur, nefandum in modum perverso vulnere et interdum lacerum corpus semianimum omittentes, alii in tecta iaciebant ignes, multique ex loco servi, quos ingenium socios dabat, abdita a dominis, aut ipsos trahebant ex occulto, neque sanctum aut nefandum quicquam fuit iræ barbarorum, et servili ingenio: quæ Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate \*\*\* nuntios.

Aliquot dies contra morem fiducia augeri nosfris cœpit, et promi lingua. Qua Varinius contra spectatam rem incaute motus novos incognitosque et aliorum casibus periculosos milites, dicit tamen ad casfra fugitivorum. Preffo gradu silentes iam, neque tam magnifice fumentes prælium, quam posulaverant. Atque illi certamini consci inter se iuxta seditionem erant. Crixo et gentis ejusdem Gallis atque Germanis obviam ire et ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum.

EPISTOLAE<sup>1)</sup> DUAE

AD C. CAESAREM.

C. CAESAREM.

DE REP. ORDINANDA.

## EPISTOLA I.

<sup>2)</sup> Pro vero antea obtinebat, regna, atque imperia Fortunam dono dare, item alia, quæ per mortales avide cupiuntur: quia et apud indignos saepe erant, quasi per lubidinem data; neque cuiquam incorrupta

<sup>1)</sup> Quas olim perperam dixere orationes, nunc epistolas nominant; ut ipso auctor literas. Eas vero Sallustii esse, Lipsius dubitavit; L. Carrio potius a Tacito, (quo certe indignæ hoc magis habenda sunt, quod ad mentem Taciti, ingenium Sallustii haud comparandum putemus) aliove eius ætatis scriptore, assimulatas coniecit; Corrius Sallustio indignas maxime ex scribendi genere, saepe satis improbe, aestimat, sed a docto tamen imitatore scriptus concedit. Contra ea Douza, Crispinus cum Sanctio Perizonius, Clericus auctorem Sallustium agnoscunt, quibus novissime accessit vir illustris, Sallustii interpres Gallus, eiusque ingenio plenus, de Brosse. Clericus etiam (in vita Sall. p. XII et XIII) hanc quæ vulgo prior editur, posterius scriptam esse vult; allatis rationibus, quas vide apud ipsum. Nobis quidem prior haec epistola orationem Sallustianam præferre omnino videtur; sed quod ad res attinet, ieiunior est; ex altera, quamvis plura habeat, quo in illa non sunt, redolet magis quedam declamatio juvenilis, et imitatio dictionis Sallustianæ, quam ipsa Sallustii vis, brevitas dicendi et velocitas. Atque ea fuit ingenii Sallustiani et maxime orationis ratio, ut quemadmodum ipso Græcos in historiis scribendis imitatus erat, vetustum et accuratum dicendi genus quælierat, ita multos inveniret imitatores, in quibus fuit ille Arruntius, vel etiam simias.

<sup>2)</sup> Vulg. Populus R̄m. antea obtinebat. Sed edd. prisæ Pop. R̄m. vero antea nullud Pop. R̄m. nam erat ex PRO.



permanerant, sed res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunat: atque in te maxime, qui tantum alios prægressus es, uti prius defessi sunt homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciendo. Ceterum ubi fabricata, sic virtute parta, quam magna industria haberi decet; ne incuria desormentur, aut corrulant infirmata. nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse licet, formidatur. id evenit, quia plerique rerum potentes perverse contulunt, et eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contra id eniti decet, cum ipse bonus, atque strenuus sis, uti quam optimis imperites. nam pessimus quisque asperrum rectorem patitur. Sed tibi hoc gravius est, quam dicere te omnibus, armis parta componere. bellum illorum pace mollius geffisti; ad hoc victores prædam petunt, victi ciues sunt. Inter has difficultates evanescendum est tibi; atque in posterum firmanda res publica, non armis modo, neque adversum hostes, sed, quod multo maius multoque asperius est, bonis paci artibus. Ergo omnes magna mediocrique sapientia res hinc vocat, quæ quisque optima potest, uti dicent. Ac mihi sic videtur: qualicumque modo tu victoriā compōsueris, ita alia omnia futura. Sed iam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, Imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potuisse, maiore fortuna, quam sapientia: quem selecti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia necessitudo, traxit. nam pars ep̄s dominationis neque fuit quisquam; neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussis foret: cetera multitudo, vulgi more i) magis, quam iudi-

i) Sic est vulgus; ex veritate pauca; ex opinione multa affimat. Cie. pro Rosc. Com. c. 10. Adde quod est cupiens rerum novarum. Vulgo autem male illa intercisa leguntur. Cortius ad h. l. absurdus est.

cio; post aliis alium, quasi prudentiorem, seuti. Per  
 idem tempus, maledictis iniquorum occupandæ reip.  
 in spem adducti homines, quibus omnia probro ac  
 luxuria polluta erant, concurrere in castra tua; et  
 aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia,  
 quæ corrupto animo lubebat, minitari. ex quis mag-  
 na pars, ubi, neque creditum condonare, neque te  
 civibus, sicuti hostibus, uti vident, desluxere: pauci  
 restiterent; quibus maius otium in castris, quam Ro-  
 mæ, futurum erat: tanta vis creditorum impende-  
 bat. sed ob eisdem causas immane dictu est, quan-  
 ti et quam multi mortales postea ad Pompeium dis-  
 cesserint: eoque per omne tempus belli, quasi sacro  
 atque inspoliato fano debitores usi. Igitur, quoniam 3  
 tibi victori de bello atque pace agendum est, hoc uti  
 civiliter deponas, illa ut quam iustissima, et diurna sit:  
 de te ipso primum, qui ea compositurus es, quod optu-  
 mum factu est, existuma. Evidem ego cuncta imperia  
 crudelia, magis acerba, quam diurna, arbitror; neque  
 quemquam multis meuendum esse, quin ad eum  
 ex multis formido recidat. eam vitam bellum ae-  
 ternum atque anceps gerere: quoniam neque adver-  
 sus, neque ab tergo, aut lateribus tutus sis, semper  
 in periculo, aut metu agites. Contra qui benignitate  
 et clementia imperium temperavere, his læta, et can-  
 dida omnia visa; etiam hostes & quiiores, quam aliis  
 cives. An qui me his dictis corruptorem victoriæ  
 tuæ, nimisque in victos bona voluntate, prædicent? 4  
 Scilicet quod ea, quæ externis nationibus, natura  
 nobis hostibus, nosque maioresque nostri saepè tribue-  
 re, ea civibus danda arbitror; neque barbarico ritu  
 cæde cædem, et sanguine sanguinem expianda. An  
 illa, quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium  
 victoriamque Syllanam increpabantur, oblivio inter-  
 cepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alias item  
 non armatos, neque in prælio, belli iure, sed postea  
 supplices per summum scelus interfectos: plebem Ro-  
 manam in villa publica, pecoris modo, conscißam.  
 Heu quam illa occulta civium funera et repentinæ  
 cædes, in parentum aut liberorum sinum fuga mulie-



rum et puerorum, vafatio domum, ante partam  
a te victoriam 1) omnia, sœva atque crudelia erant!  
Ad quæ te illi uidem horrantur: 2) scilicet id certatum  
esse. 3) utrius vestrum arbitrio iniuriæ fierent: neque  
receptam, sed captam a te rempublicam et ea causa  
exercitus, stipendiis confectis, optimos et veterinos  
omnium adversum fratres parentesque, alii liberos armis  
contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales 4)  
veniri atque profundæ lubidini sumius quæterent, at  
que essent opprobria victoriae; quorum flagitiis com  
macularetur honorum laus. neque enim te præterire  
puto, quali quisque eorum more aut modestia, etiam  
tum dubia victoria, fæse gesserit; quoque modo in  
belli administratione scorta aut convicia exercuerint  
5) nonnulli; quorum ætas ne per otium quidem ta  
les voluptates sine dedecore auigerit. de bello sa

5 tis dictum. De pace firmanda quoniam tuque et om  
nes tui agitatis: primum id, quæso, considera, quale  
id sit, de quo consultas: ita, bonis malisque dim  
itis, patent via ad rerum perges. Ego sic existimo;  
quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi  
Romanae fatum excidii adventarit, cives cum civi  
bus manus conservatos; ita 6) defessos et exsangues  
regi aut nationi prædæ futuros. aliter non orbis ter  
ratur, neque evictæ gentes congregatae, movere aut  
comprendere queunt hoc imperium. Firmanda igitur  
sunt et concordiae bona, et discordiae mala expeller  
da. id ita eveniet, si sumptum et rapinarum licen  
tias

1) Cætius male omittit omnia.

2) Expugnamus et, quod h. l. male fingerunt. Ist. vero de  
cesses.

3) Sic Cætius et Cæste recte pro valg. utriusque. 3. 11.

4) Scil. illi uidem qui horrantur.

5) Cætius verbum non aptum putat esse. Sed exercitari

ap. Plaut. I, I, 132 sc̄pt. Catull. I. XX, 3 am  
ores, ap. Suet. Aug. 60. adulteria. Tercia con  
via agitantur, quidam et exerceantur. Tertium  
de exercitorum Pompei hoc dedecore Plaut. et ipse Ca  
esar leguerunt. 3. 11. 10. 11. 12. 13.

6) h. l. inde.



tiam demiseris: non ad vetera instituta revocans, quæ jam pridem, corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem finem sumtuum statueris: quoniam: is incellit mos, ut homines adolescentuli, sua atque aliena consumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent; eam virtutem et magnitudinem animi, pudorem, atque modelliam prob. socordia, aestument. Ergo animus serox, prava via ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives: movet composita, et res novas veteribus acquirit. 1) Quare tollendus foenerator in posterum, uti suas quisque res curemus. ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, genere; et magnitudinem animi in addendo, non demendo reip. ostendere. Atque ego scio, quam aspera haec res in principio futura sit, praesertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque, quam artius, futuros credebant. quorum si saluti, potius, quam lubidini consules; illosque nosque et socios in pace firma constitues. sin eadem illudia, artesque iuventuti erunt; ne illa egregria tua fama simul cum urbe Roma brevi concidet. Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. nisi illam firmam efficis; vinci, an vicisse, quid retulit? Quate capesse, per deos, rempublicam, et omnia aspera, uti soles, pervade. namque aut tu mederi potes, aut omnitenda est cura omnibus. Neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba iudicia, invocat, quibus civitas valatur magis quam corrigitur; sed uti pravas artes malisque lubidines ab iuventute prohibeas. Ea vera clementia erit, consuluisse, ne immitto cives patria expellerentur; retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus; pacem, concordiam stabilituisse:

1) h. e. res veteres scil. suas familiares ære alieno attritas novis rebus s. novo ære magis perturbant. Ac qui reg. h.

l. est adiungere, ita ut accessio fiat cf. Cic. Tusc. I, c. 45.

Res vero omnis horum hominum ironice dicitur esse in ære alieno. Alii aliter in his sibi sapiunt; sed CORTIUS, in ep. duas has dicens, certe despit.



non, si, flagitiis obsecutus, delicta perpessus, præsens gaudium cum mox futuro malo concelleris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxime fretus est. negotii magnitudine, et quia tibi terræ et maria simul omnia componenda sunt. quippe res parvas tantum ingenium attingere nequit: magnæ curæ magna merces est. Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus et publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuventus probitati et industria, non lumentibus, neque divitiis, studeat. id ita eveniet, si pecuniae, quæ maxima omnium pernicies est, usum atque decus 1) demseris. Nam sæpe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenissent; quæ res populos nationesve magnis auctoribus auxilient; ac deinde quibus causis amplissima regna et imperia corruissent: eadem semper bona atque mala reperiebam; omnesque victores divitias contempsisse, et victos cupuisse. neque aliter quisquam extollere se, et divina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ et corporis gaudiis; animo indulgens 2) non assentando, neque concupita, præbendo perversam gratiam gratificans; sed in labore; patientia, bonisque præceptis, et factis fortibus exercitando. Nam domum aut villam extruere, eamque signis, aulæis, aliisque operibus exornare, et omnia potius, quam semet, vilendum efficere; id est, non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse, porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere, mos est, ubi animum, quem dominari decebat, servitio oppressere; nequaquam eo possea hebeti atque claudio, 3) pro exercito 4) uti volunt. nam imprudentia pleraque et se præcipitant. verum hæc et om-

1) scil. quo virtus subiicitur, posponitur, honores sunt vales, et ditiones pro melioribus habentur.

2) h. e. servire. Animi enim imperio uti decet.

3) Et Lucretio dicitur ingenium claudicare; vacillare.

4) h. e. prompto, valido.



nia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupienda, venalia erunt. Ad hoc providendum est, quoniam modo Italia, atque provinciæ tutiores sint: id quod factu haud obscurum est. nam iidem omnia vastant, suas deferendo domos, et per iniuriam alienas occupando. item ne, ut adhuc, militia iniusta, aut inæqualis sit; cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet. et frumentum id, quod antea præmium ignaviæ fuit, per municipia et colonias illis dare conveniet, cum stipendiis emeritis domos reverterint. Quæ reipublicæ necessaria, tibique gloria ratus sum, quam paucissimis absolvī. Non peius videtur, pauca nunc de facto meo differere. Plcrique mortales ad iudicandum satis ingenii habent, aut simulant: verum enim ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus; vix satis apertum os, aut lingua promta videtur, quæ meditata pectore evolvat. quibus me subiectum haut pœnitet, magis reticuisse pigeret. nam sive hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit. reliquum est optare, uti, quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent, beneque evenire finant.

## E P I S T O L A II.

**S**cio ego, quam difficile atque asperum factu sit, consilium dare regi, aut imperatori, postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelsò sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, neque de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens sit, quin etiam læpe prava magis, quam bona consilia prospere eveniunt: quia plerasque res fortuna ex lupidine sua agitat. Sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere: atque in ea cognoscenda multam, magnamque curam habui: non ita, uti magistratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant: sed etiam, uti rempublicam domi militæque, quantumque armis, viris, opulentia posset,




cognitam haberem. Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit, famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere, et cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ acciderit. idque non temere, aut ex fortuna tua decrevi; sed quia in te, præter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse. Sed per certos mortales illa res clarior est, quod et prius defessi sunt homines laudando atque mirando munificientiam tuam, quam tu faciendo, quæ gloria digna es.

sent. 1) Evidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. neque ego, quæ visa sunt, de rep. tibi scripsi, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius æquo probaretur; sed inter labores militiæ, interque prælia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis urbanis. namque tibi si id modo in pectori consilii est, uti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo contra adversum contulem 2) beneficia populi retineas: indigna virtute tua cogites. fin in te ille animus est, qui iam a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Rom. ex gravi servitute in libertatem restituit, in prætura inimicorum arma inermis disiecit, domi militiæque tanta et tam præclara facinora fecit, uti ne inimici quidem fari quidquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quæ dicam de summa republica. quæ profecto aut tu vera invenies, aut certe haud procul a vero. Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi prævitatem, aut quia nihil maluit, quam quod sibi obfset, ita lapsus est, ut hisibus tela in manus iaceret: nūibus ille rebus temp. conturbavit, eisdem tibi restituendum est. Primum omnium summam potestatem moderandi de vectigalibus, sumtibus, iudiciis, sena-

1) Parum apte hæc translatis scriptor ex epist. Init.

2) int. L. Lentulum cf. Cœl. B. C. l. 1 et 2. Itaque hæc ante acta erant, quam moneret serus scriptor, male Salustii ingearium et orationem simulans, immodestum modo, modo adulatorem agens.



toribus paucis tradidit; plebem Romanam, cuius antea summa potestas erat, nosque his quidem legibus in servitute reliquit. iudicia tameſi, licet antea, tribus ordinibus tradita sunt: tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quæ lubet; innocentes circumveniunt, suos ad honorem extollunt. non facinus, non probrum, non flagitium obstat, quo minus magistratus capiant: quod commodum est, trahunt, rapiunt: postremo tanquam urbe capta, lubidine ac licentia sua pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam, more suo, per servitium exercent. sed homines inertissimi, quorum omnis vis virtusque in lingua sita est, forte atque alterius socordia dominationem oblatam insolentes agitant. nam, quæ seditio ac dissensio civilis tot unquam illustres familias ab stirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam præceps tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia 4 in victoria lege belle licuerunt, tametsi suppicio hostium partes suas muniri intelligebat: tamen, paucis intersectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisque eiusdem factionis, quadraginta senatores, multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiae, mactati sunt: cum interea importunissima genera hominum, tot miserorum civium sanguine satiari nequivere: non orbi liberi, non parentes exactæ, non gemitus virorum, luctus mulierum, immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies malefaciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate eversum irent. Nam, quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignavissimi vita sua commutare 1) volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto morrori tua dignitas: qui optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere,

1) Sed priscæ edd. Ven. teste Cortio, et MSS. Vatic. legunt nolunt. quod sic expone: qui ab iniuria desistere nolunt, ut per te vita fruantur. Sic Lucret. V, 1105 Vitam prius et rem novis rebus commutare.



quam per te populi R. imperium maximum ex magno fieri. quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quonam modo rem habilias communiasque. mihi quidem quæ mens suppetit, eloqui non dubitabo. ceterum tui erit ingenii 5 probare, quæ vera atque utilia factu putes. In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres, et plebem. Antea in patribus summa auctoritas erat, vis inulto maxima in plebe. itaque saepius in civitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes deminutæ sunt, et ius populi amplificatum. sed plebes eo libere agitabat: quia nullius potentia super leges erat; neque divitiis, aut superbia, sed bona fama factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humillimus quisque in armis, aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi, satisque patriæ erat. Sed ubi eos paulatim expulsos agris, inertia atque inopia incertas domos habere subegit: cœpere alienas opes petere, libertatem suam cum republica venalem habere. ita paulatim populus, qui dominus erat, et cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: et pro communi imperio, privatim sibi quisque servitutem peperit. Hæc igitur multitudine primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam rem publ. ceterum, additis novis civibus, magna me spes tenet, fore, ut omnes exergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his servitutis amittendæ cura oriretur. Hos, ego censeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis constituas: ita et res militaris opulentior erit, et plebes bonis negotiis impedita malum publicum facere desinet. Sed non iniicius, neque imprudens sum; cum ea res agetur, quæ saevitia, quæque tempestates hominum nobilium futuræ sint, cum indignabuntur, omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem imponi, regium denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Evidem ego sic apud animum meum



statuo: malum facinus in se committere, qui incommodo  
reip. gratiam sibi conciliet. ubi bonum publicum etiam  
privatum usui est: id vero dubitare aggredi 1) so-  
cordiae atque ignavie duco. M. Livio Druso 2) sem-  
per consilium fuit, in tribunatu summa ope nisi pro  
nobilitate: neque ullam rem in principio agere in-  
tendit, nisi illi auctores fierent. Sed homines factiosi,  
quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi  
intellexerunt, per unum hominem maximum bene-  
ficium multis mortalibus dari; videlicet et sibi quis-  
que conscient, malo atque insido animo esse, de M.  
Livio Druso iuxta, ac de se, existimaverunt. itaque  
metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur,  
contra eum nisi, sua et ipsius consilia disturbaverunt.  
Quo tibi, Imperator, maiore cura fideque amici, et  
multa praesidia paranda sunt. Hostem adversum op- 7  
primere, strenuo homini haud difficile est: occulta  
pericula neque facere, neque vitare bonus in prom-  
tu est. Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quo-  
niam quidem revocata plebes erit, in ea re maxu-  
me animum exercitato, uti colantur boni mores,  
concordia inter veteres et novos coalescat. sed mul-  
to maximum bonum patriæ, civibus, tibi, liberis,  
postremo humanæ genti pepereris, si studium pecu-  
niæ aut sustuleris, aut, quod res feret, minueris.  
aliter, neque privata res, neque publica, neque do-  
mi, neque militiæ regi potest. nam ubi cupidio divi-  
tiarum invasit; neque disciplina, neque artes bonæ,  
neque ingenium ullum satis pollet: quin animus ma-  
gis, aut minus mature, postremo tamen succumbit.  
Sæpe iam audiri, qui reges, quæ civitates et natio-  
nes, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ  
per virtutem inopes ceperant: id adeo haud miran-  
dum est. nam ubi bonus deteriorem divitiis magis  
clarum, magisque acceptum videt; primo æstuat,  
multaque in pectore volvit: sed ubi gloria honorem  
magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad

1) h. l. suscipere.

2) de quo cf. Vellei II, 13. sq.



vōluptatē a vero deficit, quippe gloria' industria' alitur; ubi eam demferis, ipsa per se virtus amara atque aspera est. postremo ubi divitiæ claræ habentur; ibi omnia bona vilia sunt, fides; probitas, pudor, pudicitia. nam ad virtutem una et ardua via est: ad pecuniam, qua cuique lubet, sititur; et malis et bonis rebus ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus iudicaverit; si neque prætor, neque consul ex opulentia, verum ex dignitate creetur. Sed de magistratu facie populi iudicium fit. iudices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, in honestum. 1) Quare omnes primæ classis iudicare placet, sed numero plures, quam iudicant. (neque Rhodios; neque alias civitates umquam suorum iudiciorum pœnituit, ubi promiscue dives, et pauper, ut cuique sors tulit, de maxumis rebus iuxta, ac de minumis discepit. Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confusis quinque classibus forte centuriæ vocarentur). Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute, anteire alius alium properabit. Nec ego magna remedia contra divitias statuo. nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, ut earum rerum usus est: malitia præmiis exercetur, ubi ea dem-

1) Seqq. Quare omnes ad finem cap. usque I. corrupta I. permixta suspicari licet, nescimus an per ea, quæ uncinis inclusimus, male interrupta. An legendum? Quare omnes P. Rom. (populi Romani) classes iudicare placeat, sed numero plures coæquati dignitate (magis) quam pecunia iudicant. Ita virtute anteire alius alium properabit. Quæ vero uncinis inclusa leguntur I. his præmittenda I. his posponenda, I. ita dividenda videntur; — in honestum. Sed de mag. — vocarentur. Quare neque omnes P. Rom. cl. properabit. neque Rhodus — discepit. Sed nihil audeamus in his, quæ nemo emendare aut exponere ausus est. cf. iofra c. 12.



demiseris, nemo omnium gratuito malus est. Ceterum avaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est: quo intendit, oppida, agros, fana atque domos vastat: divina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque mœnia obstant, quo minus vi sua penetret: fama, pudicita, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales spoliat. Verum, si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis avaritiæ facile bonis moribus vincetur. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est; cuius si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt: nam hi, si virtute satis valerent, magis æmuli bonorum, quam invidi, essent. quia desidia, et inertia, et stupor eos, atque torpedo, invasit; si repūt, obtructant, alienam famam bonam tuum dedecus æstuant. Sed, quid ego plura, quasi de ignotis me morem? M. Bibuli 1) fortitudo, atque animi vis, in consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. quid ille audeat, cui consulatus, maximum imperium, maximo dedecori fuit. An L. Domitii magna vis est? 2) cuius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat: lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces, quæ honeste nominari nequeant, in honestissima. Unius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. parantur hæc disciplina Græcorum: sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nulla sunt. quippe, cum domi libertatem suam per inertiam amisérint; censēne eorum præceptis imperium haberri posse? Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles: in quibus, sicut in statua, præter nomen nihil est additamentum. L. Postumius, et M. Favonius, mihi videntur quasi magnæ navis supervacua onera esse. ubi salvi pervenere, usui sunt: si quid adversi coortum est, de illis potis-

1) Qui Cæsaris Collega ipſi semper aduersus, maxime legi agraria repugnabat.

2) Sqq. Verba cuius — in honestissima paululum immutata rediunt in Decl. in Cicer.



10 sumum iactura sit, quia pretii minimi sunt. Quenam nunc, uti mihi videor, de plebe renovanda corrigendaque differui: de Senatu, quae tibi agenda videntur, dicam. Postquam mihi ætas ingeniumque adolevit; haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis agitavi: quod natura firmius erat, id in laboribus habui. atque ego in ea vita, multa legendo, atque audiendo, ita comperi, omnia regna, item civitates, nationes, usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere; post paulo imminutæ opes, deinde ademtum imperium, postremo servitus imposita est. Evidem ego sic apud animum meum statuo: cuicunque in sua civitate amplior illiusiorque locus, quam aliis est, ei magnam curam esse reip. nam ceteris, salva urbe, tantummodo libertas tuta est <sup>1)</sup>; qui per virutem fibi divitias, decus, honorem, pepererunt. ubi paulum inclinata resp. agitare cœpit; multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defensat: omnibus locis adeat, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis asperius magisque anxie agitat. Igitur ubi plebes senatui, sicut corpus animo, obedit, eiusque consulta exequitur; patres consilio valere decet, populo supervacanea est calliditas. Itaque maiores nostri, cum bellis asperrumis premeientur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt, armati de imperio certare. non inopia ærarii, non vis hostium, non adversa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quæ virtute ceperant, simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consiliis, quam bonis præliis, patrata sunt. quippe apud illos una resp. erat, ei consulebant: factio contra hostes parabatur; corpus atque ingenium, patriæ, non suæ quisque potentiae, exercitabat. At hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos socordia atque ignavia invaserit, ignari laboris,

1) b. e. tuenda. videtur. an legas curse et?



hostium, militiae, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, <sup>11</sup> quorum consilio antea dubia resp. stabiliebatur, oppressi, ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt. ut eorum, qui dominantur, similitas ac arrogantia fert: ita bonum malumque publicum existimant. Quod si aut libertas æqua omnium, aut sententia obscurior <sup>1)</sup> esset; maioribus opibus resp. et minus potens nobilitas esset. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est; quippe cum illis maiorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas; cetera multitudo, pleraque insititia sit: sententias eorum a mente libera. ita occulte sibi quisque alterius potentia carior erit. Libertas iuxta bonis, et malis, strenuis, et ignavis, optabilis est. verum eam plerique metu deserunt: stultissimi mortales, quod in certamine dubium est, quorum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari posse Senatum puto: si numero auctus per tabellam sententiam feret. tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, et praesidii plus, et usus amplior est. nam fere, his tempestibus, alii iudiciis publicis, alii privatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane reip. consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam superba imperia distinuere. homines nobiles cum paucis senatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcumque libuit, probare, reprehendere, decernere; ea, uti libido tulit, facere. verum ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiae dicentur; næ illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudelissime imperitabant. Forsitan, imperator, perfectis litteris, desiderares, quem numerum senatorum sieri placeat: quo-

S 2

1) scil. per tabellam serenda: quod mox dicit.



que modo in multa et varia officia distribuatur; 1) iudicia quoniam primæ classis mittenda putem, quæ descriptio, qui numerus in quoque genere futurus sit. Ea mihi omnia generatim describere, haud difficile factu fuit; sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum, verum esse. si hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt. Volo ego consilium meum prudens, maxumeque usui esse. nam ubicumque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, et quamprimum resp. adiuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro hortorque, ne clarissimus imperator, Gallica gente subacta, populi R. suminum atque invictum imperium tabescere vetustate, ac per summam discordiam dilabi, patiaris. profecto, si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit: quin insomniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi: neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberis: sed ex natura, diversa præmia bonos malosque sequi 2), interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem præbet. Quod si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet hæc tibi dicerent: *O Caesar, nos te genuimus fortissimi viri, in optuma urbe, accus præfidiumque nobis, hostibus terrorem! quae multis laboribus et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maximam in terris; domum familiamque in patria clarissimam; præterea bonas artes, honestas divitias; postremo omnia*

1) Sqq. iudicia p. c. m. p. t. e. ex iis, quæ supra c. 8. dicta sunt, haud planè colligat; unde etiam Liphius volunt primæ classi committenda putem. quod Cortius probat, nos improbamus. Ita turbata sunt omnia. Caesar certe iudicia ad duo tantum genera iudicium reducit, equestres et senatorios; sed tribunos ærarii, quod erat tertium, sustulit. cf. Suet. Cæs. c. 41.

2) Sed alios sensus prædidit ipse Cæsar in Catil. c. 51. supra.

*honestamenta pacis, et praemia belli.* Pro his amplissimis beneficiis non flagitium ac te, neque malum facinus, petimus; sed uti libertatem eversam restituas. qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. namque hac tempestate, tametsi domi militiaeque praeclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis est: si vero urbem, amplissimo nomine et maximo imperio, prope iam ab occasu restitueris; quis te clarior, quis maior, in terris fuerit? Quippe si morbo iam, aut fato huic imperio secus accidat; cui dubium est, quin per obtemperiam terarrum vastitas, bella, caedes orientur? quod si tibi bona lubido fuerit, patriae, parentibus gratificandi, postero tempore, rep. restituta, super omnes mortales gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. nam vivos interdum fortuna, saepe invidia, fatigat: ubi anima naturae cessit, demitis obtrectationibus, ipsa se virtus magisque extollit.

Quæ mihi utilia factu visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissimis potui, prescripsi. Ceterum deos immortales obtestor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi, reique publicæ prospere eveniat.



M. TULL. CICERONEM  
DECLAMATIO  
FALSO SALLUSTIO ADSCRIPTA 1).

**G**raviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quam morbo animi, petulantia ista uti. Sed cum in te neque modum, neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi: uti, si quam maledicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos implorem? P. C. diripi temp. atque audacissimo cuique esse perfidiæ? apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus est, uti sese, ac fortunas suas venales habeat: an apud eos, Patres conscripti, quorum auctoritas turpis summo cuique et sceleratissimo ludibrio est. ubi M. Tullius leges, iudicia populi R. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur. quasi unus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non repetitius, accitus, ac paulo ante insitus huic orbi civis. An vero; M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita a pueritia vixisti, uti nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuissest? scilicet, isiam

1) Sed tamen alii eam Crispo vindicant, Quintilianus testimonio nixi. Is enim IV, 2. 68. laudat principium declamationis iisdem verbis Graviter — Tulli; et IX, 3. 89. Romulæ Arpinas, quod infra c. 4. legitur. Itaque Gesnerus tandem autumat, declamatorem aliquem iuniorum ab his apud Fabium fragmentis occasione formandas huius, quæ hodie legitur, declamationis sumuisse. Sed alii maluerent hæc intrusa esse in Cod. Quintilianus, quæ a Cod. Almeloven. absesse testatur Burmannus. A Rhetore aliquo antiquo confitam, hodie nemo dubitat. cf. Clericus in vita p. XV.

## DECLAMATIO IN M. CICERONEM. 279

immoderatam elequentiam apud M. Pisonem non pudicitiae jactura perdidicisti? itaque minime mirandum est, quod eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti. Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos attollit; uxor sacrilega, ac per iuriis delibuta; filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequientior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi, et rapinis, funestam tibi ac tuis, comparasti: videlicet uti nos commonefasias, quam conversa fit resp. cum in ea domo habitares, homo flagitosissime, quæ P. Crassi, viri consularis, fuit. Atque hæc cum ita sint: tamen Cicero se dicit in consilio deorum immortalium fuisse; inde missum huic urbi civibusque custodem, absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit: quasi vero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus; et idcirco resp. disiecta eo tempore, quo te custodem habeat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Terentia uxore de rep. consuluit, cum legis Plautiae iudicia domi faciebatis; ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas; cum tibi alius Tusculanam, alias Pompeianam villam ædificabat, alius domum emebat; qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obijcio; redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum et Pompeianum infinito sumtu ædificaveris? aut, si retices; cui dubium potest esse, quin opolentiam istam ex sanguine et miseriis civium paraveris? Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex C. Marii familia, eius virtutem imitatur, comtemnit similitatem hominum nobilium, remp. caram habet, neque terrore, neque gratia commovetur: illud vero amicitiae tantum, ac virtutis est animi. Immo vero homo levissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum,



modo illarem partem, fidus nemini, levissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua rara, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes sagaces, quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima 1). Atque is, cum eiusmodi sit, tamen audet dicere 2): *O fortunatum natum me consule Romam!* Te consule fortunatum, Cicero! immo tero infelictem, et miseram, quæ crudelissimam proscriptiōnem civium perpella es; cum tu, perturbata rep. meū percussis omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges, in tua lubidine erant, cum tu, sublata lege Porcia, eripia libertate, omnium nostrum ritus necisque potestiatum ad te unum revocaretas. Atque parum es, quod impune fecisti: veram etiam commemorando exprobras; neque licet oblitisci serrulatis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perficeris, quod libet: iatis es, perpeccus esse: etiamne autem nostras odio tuo onerabis? etiamne molestissimis verbis insectabere? *Cedant arma togæ, concedat laurea linguae.* quasi vero togatus, et non armatus, ea quæ gloriari, confeceris, atque inter te, Sullamque dictatorem, præter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Iupiter opum maxumus in concilio deorum admisit, Italia exulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullios, Fabios, Scipiones, superasti; quem tantum locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reip. placeant? quem amicum, quem inimicum habes? cui in civitate fecisti inuidias. ancillaris. Quo iure, cum de exilio tuo Dyrrachio redisti, cum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum

1) Eadem coartitia in L. Demitium iacta vide in ep. 2.  
ad Cæs. de rep. ordin. c. 9.

2) Quintil. XI, I, 24. In carminibus utinam percesserit, quæ non deserunt cargere maligni.  
*Cedant arma tac. et o fert. satam etc.*

potentiae faves: qui tibi ante optimates videbantur, eisdem dementes ac furiosos vocas. Vatinii causam agis, de Sextio male exilum: Bibulum petulantissumis verbis laedis, laudas Cæsarem: quem maxime odisti, ei maxime obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de rep. sentis: his maledicis, illos odisti: levissime transfuga! neque in hac, neque in illa parte fidem habes.



I N  
S ALLUSTIUM  
D E C L A M A T I O  
Q U A E  
C I C E R O N I F A L S O T R I B U I T U R . 1 )

**E**a demum magna voluntas est, Crispe Salustii, æqualem ac parem verbis vitam agere, neque quidquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris ætas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet. neque enim, qui ita vivit, uti tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque, qui tam illoto sermone utitur, vita honestior est. Quo me vertam, P. C.? unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de mea vita, atque actibus, huic conviciatori respondero, invidia gloriam consequetur: aut, si huius facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. id vos, si forte offendimini, iustius huic, quam mihi succensere debit is, qui initium introduxit. Ego dabo operam, ut et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitus esse videar, scio me, P. C. in respondendo non habere magnam exspectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Sallustium audituros; sed omnia vetera recognituros, quis et meæ, et vestræ iam, et ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem pecare minimis rebus posuit rudimentum; sed ita ingressus est, uti neque ab alio vinci possit, neque ipse

1) Et hanc, quam olim magni viri tribuebant Ciceroni rectius alii Cicerone indignam a declamatore aliquo iuniore scriptam iudicarunt.

## DECLAMATIO IN SALLUSTIUM. 183

se omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, nisi, ut luculentius suis, cum quovis 1) voluntari. longe vero fallitur opinione. non enim procastitate linguæ vitæ sortes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert, de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit: illam P. C. non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis iam dabo operam, quam maxume potero, brevi ut faciam. neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, P. C. plerumque enim resp. privatis crescit iniciiis; ubi nemo civis, qualis sit vir, potest latere. Primum igitur, quoniam omnium maiores Crispus 2 Sallustius ad unum exemplum et regulam quærit; velim mihi respondeat, numquid, quos protulit Scipiones et Metellos, vel Fabios, ante fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quam eos res gestæ suæ, et vita innocentissime acta commendavit? quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non æque de nobis existumetur? cuius et res gestæ illustres sunt, et vita integerrime acta. Quasi vero tu sis ab illis viris, Sallusti, ortus. quod si esses; nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus virtute mea præluxi; ati, si prius noti non fuerint, a me accipient initium memoriæ suæ: tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offusisti tenebras; ut etiam, si fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. satius est enim, me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti; et ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium, et virtutis exemplum. neque me cum iis conserri decet, P. C. qui iam deceperunt, omnique odio parent, et invidia; sed cum iis, qui mecum una in republica versati sunt. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitionis; (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosaam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit) aut ingeren-

1) Ita Codd. Alii velitari.




dis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus; aut in tuenda república tam vigilans; quam tu 1) proscriptionem vocas: credo. quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. At quanto meliore loco respublica staret, si tu par ac similis scelerorum civium, una cum illis adnumeratus essem! an ego tunc falso scripsi, *Cedant arma togae*, qui togatus armatos, et pace bellum oppressi, an illud mentitus sum, *Fortunatam natam me consule Romam*, qui tantum intestinum bellum; et domesticum urbis 3 incendium extinxi? Neque te tui piget, homo levissime, cum ea cuipas, quae in historiis mihi gloriæ ducis? An turpius est, P. C. sribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? nam, quod in ætatem 2) increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar? quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam, uti vitium, obiicere, cuius semper nocens egisti patrocinio? an ullum existumas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sis eruditus? an ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, P. C. si homo, qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit, hæc ut nova atque inusitata, miratur. nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem, et in filiam meam invasisti, quae facilius se mulieres a viris abstinuerunt, quam tu vir a viris; satis docte ac perite fecisti. non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuas compellarem. unus enim satis es materiæ habens: neque quidquam turpius est domi tuæ, quam tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi putasti parare invidiam ex mea re familiari: quæ multo mihi minor est, quam habere dignus sum. Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est; uti potius amici mei viverent, quam ego testamentis eorum locupletior essem! Ego fugax, Crispe Sallustii? Furori tribuni pl. cessi: utilius duxi,

1) pro quod.

2) h. l. iuventutem.



quamvis fortunam unus experiri, quam universo populo R. civilis esset dissensionis causa: qui postea quam ille suum annum in rep. perbacchatns est, omniaque quæ commoverat, pace et otio resederunt; hoc ordine revocante, atque ipsa Rep. manu retrahente me, reverti. qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conseratur, animo quidem meo superet, cum universi vos, populusque R. frequens adventu meo gratulatus est. Tanti me fugacem, mercenariorum patronum hi æstimaverunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias exsiliavi. non enim uni privatim ancillatus sum, neque me addixi: sed quantum quisque reip. studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quam pacem; multi privatorum audacias nutriverunt. ego nihil timui, nisi leges: multi arma sua timere voluerunt. ego nunquam volui quidquam posse, nisi pro vobis: multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo reip. amicus fuit: neque me pœnitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sexti insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Cæsaris favi. hæ enim laudes egregii civis, et unicæ sunt. quæ si tu mihi, uti vitia, obiicis, temeritas tua reprehenditur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset differendum, P. C. non apud vos, quos habui omnium actionum meorum monitores. sed, ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc ad te uti revertar, Sallusti, 5 patremque tuum præterearam: qui si numquam in vita sua peccavit, tamen maiorem iniuriam reip. facere non potuit, quam quod te tales filium genuit. Neque, tu si qua in pueritia peccasti, exsequar parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit; sed qualem adolescentiam egeris. hæc enim demonstrata, facile intellegitur, quam petulanti pueritia, quam impudicus et procax, adoleveris. Posteaquam immenſæ gula



impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit, et ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleverat; cupiditatibus infinitis efferebaris, ut, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. ita non est facile exputare P. C. utrum in honestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit, domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit. et cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet a me eum quærere, quis in P. Crassi domo habitet; cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitat paterna domo. At hercule! lapsus ætatis tirocinio, postea sese correxit. non ita est: sed abiit in sodalitium sacrilegi Nigidiani: bis iudiciis ad subsellia attractus, extrema fortuna sietit: et ita discessit, uti non hic innocens esse, sed iudices peierasse, existimarentur. Primum honorem in quæstura adeptus, hunc locum et hunc ordinem despexit: cuius aditus sibi quoque sordidissimo homini patuisset. itaque timens, ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium; neque erubuit ora vestra. Vixeris, ut libet, Sallusti; egeris, quæ volueris; satis sit, unum te tuorum scelerum conscientum esse! noli nobis languorem, et soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuerenda pudicitia uxorum nostrarum: sed ita expectati non sumus, ut a te cavere possimus. audacia tua vincit studia nostra: Ecquod huic movere possit, P. C. factum ac dictum turpe, quem non pudic palam vobis audientibus, adulterium conficeri? Quod si nihil pro me tibi respondere voluisse; sed illud centurium elogium Ap. Claudii, et L. Pisonis, integerimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem: nonne tibi viderer æternas innuge maculas, quas reliqua vita tua eluerre non possit? Neque post illum delectum Senatus te umquam vidimus. nisi forte in ea te castra conieciisti, quo omnis entina reip. confluxerat. At idem



Sallustius, qui in pace ne senator quidem manserat, postea quam reip. armis oppressa est, et idem victor, qui exules reduxit, in Senatum post quæsturam reductus est. quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis eumtor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisse: neque alter vexavit, ac debuit, si quis prædæ loco accepisset magistratum. Peracta quæstura, posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitæ se coniunxerat, unus iam ex illo grege videbatur. eius enim partis exemplar erat Sallustius, quo tanquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat: quidquid impudicorum, cillonum, parcidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis, subfederant, nominis perdit, ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum, et cupiditate rerum novarum. At postea quam prætor factus est. modeste se gessit et abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint, neque expectarint gravius socii nostri in bello, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut sive nominum transiici, aut in naves contrudi. tantum, inquam, P. C. exhausit, quantum voluit: ne causam disceret, sestertio duodecies cum Cæsari paueatur. Quod si quidpiam eorum falsum est; hic palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Cæsaris, reliquas possessiones paraveris? Neque piguit quærere, cur ego P. Cralli domum emissem: cum tu veteris villæ dominus sis, cuius paulo ante fuerat Cæsar? modo, inquam, patrimonio non comedo devorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens, et tam beatus? nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satiaret? nestum quisquam, sibi ducit, nisi similis, ac tui? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extol-



## 288 DECLAMATIO IN SALLUSTIUM.

lunt: quorum sive es similis, sive illi qui, nihil ad omnium scelus, ac nequitiam addi potest. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, Crispe Sallusti, tantidem putas esse bis senatorem, et bis quæsiorem fieri, quanti bis consularem; et bis triumphalem? Carere debet omni virtute, qui in alterum paratus est dicere. is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubicolorum in ætate pellex, et idem postea adulter, omnis ordinis turpidudo es, et ciuilis belli memoria. Quid enim hoc gravius pati possumus, quam quod te incolumem in hoc ordine videamus? Define bonos petulantissima conjectari lingua: define morbo procacitatis isto uti: define unumquemque moribus tuis æsumare: his moribus amicum tibi facere non potes, videris velle imiculum habere. Finem dicendi faciam P. C. Sæpe enim videlicet gravius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt. mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.

